

eius est, quod ponatur super ignem in olla noua, & dimittatur ibi, donec fiat sicut cinis; & in crassetur pinguedo eius. Et sunt, qui colligunt fumum eius, & ponunt in medicinis oculorum.

Modus colligendi stercus infantium, quod administratur in medicinis egritudinum oris, sicut dixit Galen. in libro almeymur secundum sententiam antiquorum.

Faciebat venire pueros ad domum suam, & faciebat eos comedere panem, & lupinos, & erat hoc ut plurimum cibis eorum; & accipiebat stercus coru, & excubabat, & utebatur in curationibus apostematum oris, & in apostematibus fraudolentis. Nam ungebat exterius cum illo stercore cum melle misto, & iuuabat iuuamento maximo, & dixit in libro, quem posuit in medicinis simplicibus, quod quidam viuis fuerat multum isto stercore, & saepe fuerat expertus iuuamentum magnum; & non dabat pueris comedere lupinos, ne stercus haberet tantum faecorem: & dabat pueris comedere carnes gallinarum, & pullorum, & columborum, quod stercus eorum faciebat eandem operationem, nec plus, nec minus.

Forma coquendi mel cum aqua ad faciendum syrupum.

Accipe de melle albo, mudo, vnius anni: quod habeat paucum ardorem, & sit foris dulcedinis, & quod nunquam tetigit calor ignis, & pone in olla terrea lati orificij, quae assimilatur alchafenza, & pone in qualibet mensura mellis .x. mensuras aquae clarae, & fac signum in latere ollae usque ad quem locum peruenit mel sine aqua, deinde accende ignem suauem sub olla, & quando mel bullierit, munda a sorde sua cum cacia, donec remaneat mundum, & clarum, & misce continue cum paucis igne, & caue ne comburatur, & destruat, & quando mel descendit prope signum suae quantitatis, quod fecisti in olla, oportet quod proicias super eam .v. mensuras aquae, & continua coctionem eius, & misce absque intermissione, donec iterum appropinquet signo super mensuram vnius digiti. Et sunt, qui ponunt iterum aliam aquam ad coquendum amplius, & colant, & reponunt in vase vitreo, & oportet sicut dixit Gal. quod coquatur in die claro, sereno, quieto ab omni vento. Et caue ne cadat intus aliquid sordis, ne destruat mel, & caueatur a fumo lignorum, quando coquitur, quia oportet, quod ligna sint sicca. & hic est modus.

Forma dealbandi ceram.

Accipe de cera, quam accepisti ab alueari, cuius color declinet albedini, si potes: & si non potes, de cera munda, & meliori, & pone in olla noua cum medietate quantitatis eius ex aqua clara munda, & pone super ignem, donec liqueat cera tota, & nate super faciem aquae; deinde accipe vas vitri, cuius pars exterior sit lenis, & madesce eum in aqua frigida, & submerge minus medietatis eius in cera liquefacta, & extrahe cum cera, quae sibi adhaeserit, & dimitte in frigidari ceram illam, & separa ceram illam a vase, quia ipsa est habens formam paropsidis; & sic facias, donec totam ceram tali modo extraxeris; deinde pone istas formas in Sole pluribus diebus, & volue sepe ab omni parte earum, donec albescat, & fiat cera alba, sicut cerussa. Et sunt, qui dealbant eam in tribus diebus in Iulio, quando Sol est in maiori calore, dixit Dioscor. quod secundum hanc formam possumus dealbare gummi ara, quando decoquitur in aqua marina, donec albescat, & ego fui expertus illud, & non fuit verum.

Modus alius dealbandi ceram.

Coque ceram in aqua, donec nigrescat aqua: proijce aquam illam, & pone aliam, & fac ita saepe, donec fiat alba; collige ceram, & serua.

Modus faciendi gummi ex marmore.

Accipe de marmore albo, recte tritura crassa, & commisce cum glutino corij, & facias laminas, vel tabulas ex eo super petram marmoream planam, & dimitte siccare.

Et sunt qui accipiunt de marmore pisto, sicut dixi, & conficiunt cum terebinthina liquefacta super ignem, confessione mediocri, & extendunt super tabulam marmoris, donec infrigidetur. Et hoc est gummi marmoris, quod fit cum operatione. Verum illud, quod portatur ad nos, non vidi qualiter fiat, nec noui aliquem, qui viderit. Et qui puluerizabit ex eo super vulnera recentia, quando sunt cum sanguine suo, consolidat ea; nec finit ea facere saniam, & est conueniens apostemati molli.

Modus faciendi salem ammoniacum.

Accipe lapides, qui inveniuntur in sterquilinis balnearum, qui incenduntur cum igne sordiciei illius loci: & sunt lapides nigri, qui coagulantur ex virtute falsedinis, quae est in illa sorditie. Accipe ergo ex illis, & tere bene, & pone in olla amplum habente orificium, & pone super os eius paropsidem terream vitream; & perfora fundum eius, lura labia ollae, & paropsidis simul, & facias ei furnum discrete, ita quod possit olla in medio manere, & sint omnia ex terra, quae possit sustinere ignem magnum, & lura os furni cum argilla, & accende ignem sub olla, & aspice foramen, quod est in paropside, si videris inde egredi aquam, vel vaporem exire, dimitte foramen apertum, sicut est, donec egrediatur tota humiditas illa, & incipiat fumus egredi albus, similis ammoniacico, tunc oportet, quod claudas foramen bene, & augeas ignem tota die, deinde dimitte furnum infrigidari, & quando erit infrigidatus, detege vas, & frange paropsidem, & aufer salem, qui est in ea cum facilitate, & serua.

Finis libri Seruatoris de preparatione medicinarum simplicium.

SALADINI DE ASCVLO Serenitatis Principis Tarenti physici principalis compendium aromatariorum.



Via solet aromatariorum ignorantia, eorumque imperitia famosissimos doctores, ac doctissimos medicos, ad infamiam, & vilipendium, cum magno etiam eorum periculo sepius trahere, atque perducere. Ideo pietate motus in medicos, & ut pre-

cibus plurium aromatariorum obsequeretur, & praecipue solertissimi viri Tuae Serenitatis Illustrissimi Domini mei principis Tarenti aromatarij dignissimi. Ego Saladinus artium, & medicinae doctor, eiusdem Serenitatis physicus, proposui hunc tractatum componere, quem Compendium aromatariorum intulit volo; Quomodo ipsi aromatarij examinari debeant, & si sufficientes, & experti in arte eorum fuerint, volo, quod a peritissimis medicis approbentur. Si vero insufficientes, & ignari, & in ipsa examinatione tanquam inexperti defecerint, tunc penitus reprobentur, & parua condigna puniantur. Cum, & ipsi habeant de vita, & sanitate hominum pertractare, quae quidem sanitas est omni thesauro mundi charior. Non, quod tu hoc nostro libello opus habeas, cum sis arte, & naturali prudentia praeditus, & experimento bene conficiendi comprobatus. Sed volui tibi tanquam digniori, & experto cum libellum destinare, ut eorum rudiores instruas, qui solitus es tua peritia nouellos etiam medicos in dispensando, & in ordinando dirigere.

Diuiditur autem hoc opusculum in septem particulas. Quarum prima tractat quaedam extrahentes, & generales interrogationes utiles aromatariis; cum hoc etiam multas, interrogationes, & dubia, ac declinationes ponit circa antidotarium Mesue.

Secunda particula erit de nominibus medicinarum compositarum in antido. Nico. descriptarum, cum earum declaratione secundum ordinem alphabeti. Et incipit ab Aurea alexandrina.

Tertia particula est de ponderibus, & dosibus medicinarum,

arum, & de nominibus ponderum sigillatim, quæ doctrina est valde necessaria ipsis aromatarijs.

Quarta particula erit de modo conficiendi confectiones, electaria, iulep, syrupos, vnguenta, &c.

Quinta particula est de colligendis herbis, floribus, seminibus, & radicibus, in quo tpe, & in quo mēse anni.

Sexta particula est de conuersione, tam simplicium, quam compositorum, præcipue secundum Mesue, Serapionem, Nicolaum, Seruitorem. In qua particula prope finem eius ponitur doctrina, & modus reponendi, & conseruandi res humidas, sicut sunt succi, vel gumma liquida, & electaria liquida laxatiua, & consimilia, & in quibus casibus conueniunt.

Septima, & vltima particula erit de modo ordinandi aromatariam, cū omnibus rebus necessarijs in ea. Et sic finietur (Deo volente) compendium aromatariorum.

PRIMA PARTICULA EST de vtilibus interrogationibus ad aromatarios fiendis, &c.

Necipit ergo prima particula, & primo quedā incipiūt interrogationes vtilis medicorū ad aromatarios.

Primo igitur aromatarius examinandus a medico, interrogandus erit, quid est officium aromatarij. Respō deo, & dico, quod officium aromatarij est terere, abluere, infundere, coquere, destillare, bene conficere, & confectiones bene conseruare. Propter, quæ omnia dico vltius, q̄ aromatarij tenentur scire grammaticam, vt valeant bene intelligere dispensationes receptarum, & antidotariorum, & scientiā medicinā.

Secundo medicus in hac arte interroget, qualis debet esse aromatarius. Per hæc verba, dico, quod aromatarius non debet esse puer, nec valde iuuenis, neq; superbus, pō posus, aut mulieribus, & vanitatibus deditus; a ludo etiā, & vino sit alienus, & sobrius, non intendens crapulis, & conuiuijs vacare; sed sit studiosus, sollicitus, placabilis, & honestus, timens Deum, & conscientia suam. Sit rectus, iustus, pius, & maxime ad pauperes. Sit etiā bene doctus, & expertus in arte sua. Non nouellus, & rudis, quia habet tractare de vita hominū, quæ est rebus omnibus mundi charior. Non sit cupidus, nec auarus, nec extremus amator pecuniæ, ne videatur omnia pro pecunijs facere, vt avari faciunt. Non etiā vendat res chariori pretio, quā competentem; quia melius est modicum iuste, quā multum cum maledictione a pauperibus extorquere. Sit etiā aromatarius fidus, maturus, & gratus, bonæ conscientie (vt prædixi) vt nec amore, timore, vel pretio præsumat aliquid facere contra conscientia, & contra honorē medici, videlicet vt non propinet alicui mulieri prægnanti medicinas abortum prouocantes: & similiter quod nec timore dominorum, aut pretio pecuniarum præsumat venenosas medicinas, aut venenosa pocula præparare, nec præsumat syrupos, qui debent esse de zucharo, de melle facere. Et similiter de confectionibus, quia ex hoc infirmus læderetur, & intentio medici per contrarium verteretur. Aromatarius etiā ex seipso sine licentia, & consilio periti doctoris, vel medici non præsumat aliquid facere, & maxime in medicinis laxatiuis, nihil eis addēdo. Res ē antiquatas, & resolutas in virtute abiciat, quia iā de cetero non valēt ad opus medicinæ, pilulas antiquatas etiā, & vsq; ad duritiē lapidis induratas penitus negligat, & eis penitus nō vtatur.

Quando etiā non habet aliquod simplex in apotheca, & medicus indigeat eo in aliqua recepta, non debet aromatarius præsumere loco illius, aliud simplex ponere; scilicet ponendo quid pro quo, sine licentia peritissimi doctoris, vel medici. Nō etiā reponat ante tempus herbas, aut radices humidas, quia in processu temporis putrescerent: sed reponat eas debito modo præparatas. Oportet etiā aromatarium bene cognoscere, & habere

re gustum, & saporem omnium simplicium; an sint amara, vel dulcia: acrida, vel acetosa; potica, vel insipida; placabilis suporis, vel nō. Ad hoc, q̄ si aliquis nouus medicus, & inexpertus vellet medicinas horribiles, & displicibiles componere pro aliquo infirmo, tunc aromatarius ipse non permittat illud fieri; sed dicat medico, q̄ ponat placabiliores, & meliores, ne forte ex horribilibus medicinis stomachus infirmorum conturbetur.

Vltimo dico, q̄ aromatarius dum est iuuenis, debet vxorem ducere; quia si sic fecerit, domabitur iuuentus eius, & faciet getus, mitis, & honestus, & vacabit cōtinue facultati sue, immo delectabit in ea; et sic delectatio pficiet opus eius cū laude, & amicorū copia gloriosa.

Tertia interrogatio facienda in examinatione, est ista, videlicet quot libri sunt necessarij ipsis aromatarijs pro arte eorum exercenda recte, & cum bona conscientia.

Dico, quod sex libri sunt necessarij cuilibet aromatario, scilicet duo de simplicibus, vt secundus Auic. & Serap. de simplicibus.

Tertius est liber de Synonymis Simonis Ianuensis.

Quartus est liber Seruitoris, in quo continentur præparationes omnium fere necessariorum ad aromatarios pertinentium.

Quintus est liber Mesue. i. Ioannis Damasceni, qui diuiditur in tres libros. Nam primus tractat de consolatione medicinarum, & de quibusdam simplicibus famosis. Secundus est eius antidotarium. Et isti sunt necessarij aromatario. Tertius vero est in practica; & iste non est necessarius aromatario, sed medico.

Sextus est antidotarium Nicolai de Salerno, licet sint duo antidotaria Nicolai; scilicet Magnum, quod non est in vsu propter eius prolixitatem, licet sit optimum; & Antidotarium paruum, quibus omnes communiter vtuntur. Alius etiā liber est aliquantulum vsualis, nominatus Circa instans, & tractat de simplicibus per alphabetum; sed parum est in vsu, licet sit optimus. Reperitur etiā Dioscorides de simplicibus, & Macer in versibus; sed non sunt in vsu medicorum, vt prædicti, licet sint viles, & boni.

Queritur quarto quid est antidotariū? Dico, q̄ antidotariū est liber continens experimēta cōtra morbos data.

Queritur quinto, quia tu fecisti mentionem, quod liber Mesue diuiditur in tres libros, nam primus tractat de consolatione medicinarum. Et secundus est antidotarium, quod est valde necessarium cuicumque aromatario, & vocatur Grabadin, quod est compendium secretorum, & est Aggregatio antidotariorum.

Queritur ergo quot distinctiones facit Mesue in isto suo antidotario? Dico, q̄ facit duodecim distinctiones.

Queritur sexto quid tractet sigillatim vnaquaque distinctione? Dico, q̄ in prima distinctione tractat de electarijs aromaticis: quorum quedā sunt dulcia, & quedā amara, & vtraq; solennia, & habet duos tractatus, quia in primo determinat de electarijs dulcibus; & incipit ibi. electuarium de aromatibus, &c. & sunt triginta electaria. Secundus tractatus, siue secunda pars distinctionis primæ est de antidotis amaris. Et incipit sic. Theriaca diatesseron, & sunt decem, & octo, vel decem, & nouem confectiones amara.

In secunda distinctione tractat de medicinis opiatīs, & incipit. Confectio philonij, &c. Et sunt sex confectiones opiatæ.

In tertia distinctione tractat de medicinis solutiuis, quarū quedā sunt aloetica; quedam colocynthis data; quedā turbitaria; & alię scamoneatę; & alię sub alijs denominationibus. Et incipit a hieris, & primo a hiera picra Gal. & sunt viginti quatuor solutiua.

In quarta distinctione tractat de conditis, scilicet tam de fructibus, quā de radicibus; & etiā de floribus, vt sunt rosa, viol. & sunt xxxvj.

In quinta distinctione tractat de speciebus lohoc. Et sunt quedam lohoc delectabilia, & quedam horribilia mali laporis. Et sunt xij. omnibus computatis.

In sexta distinctione tractat de iulep, syrups, & rob. & sunt idem.

Mesue.

lli 4

idem

Lib. necessa-
rij aromata-
rio.

Antidota-
rium quid.

Opiata q̄

Solutiua
Condita q̄.

Eclogmata
q̄.

Officiū aro-
matarij.

Syrup. Am. idem est quod succus, vel liquor inspissatus, Vnde quidā
10. syrupi sunt simplices. Et sunt viginti computatis qua-
Syrup. comp. tuor iulep, quae ipse ponit in principio huius distinctio-
10. nis. Et deinde incipit ponere syropos compositos, &
Syrup. ass. sunt decem, & nouem, vsque ad sermonem de aqua mel-
10. lis. Et deinde sequitur sermo in secantiabin. i. in syropis
Syrup. sub. acetosis simplicibus, & compositis. Et sunt octo syropi
10. acetosi. Et deinde ponit xv. syropos sublimes, scilicet sy-
10. rupum de menta, & de absynthio, & de fumo terrae ma-
10. iore, & minore. Deinde ponit sermonem in mellicrato,
10. & consequenter ponit aliqua condita, vt conditum de
10. citro, & conditum de buglossa, & conditum de cytonijs.
10. Et ulterius ponit confectionem miuæ simplicis, miuæ
10. acetosæ, & etiam alterius miuæ. Deinde ponit sermonē
10. in aceto scillitico, & ponit plures modos; deinde in ea-
10. dem sexta distinctione ponit sermonē in speciebus rob.
10. de quibus ponit xvi. species.
10. In septima distin. tractat de decoctionibus, & infusio-
10. nibus, vbi ponitur aqua fructuum, & modus infusionis
10. aquae catei, &c. Et ponit ex eis tredecim species.
10. In octaua distin. tractat de trochiscis, & incipit sic. Cō-
10. sectio algallia, & ponit triginta species trochiscorum.
10. In nona distinctione tractat de suffut. id est de pulue-
10. ribus, & ponit septem species.
10. In decima distinctione tractat de pilulis, & ponit 43.
10. species pilularū. Et incipit sic. Pilula alephangina, &c.
10. In vndecima distin. tractat de vnguētis, & empla-
10. stris, & ceratis. Et incipit hyssopi ceratum, &c. & ponit
10. lxij. species.
10. In xij. distinctione tractat de oleis. Et nota, q. aliqua
10. olea sunt ex expressione, vt oleum de amygdalis dulci-
10. bus, & amaris, & de nucibus, & de pinetis, & de auella-
10. nis, & chrysolimis, &c.
10. Aliqua vero per impressionem, vt oleum rosatum, &
10. violatum, chamæmelinum, anethinum, de lilio, & irinū,
10. & sambucinum. Aliqua vero sunt per resolutionem, vt
10. oleum de ouis, & oleum de frumento, & de iunipero.
10. Vnde Mesue ponit species oleorum sexaginta sex.
10. Posset aliquis dicere, quare medicinae, pilulae, & ele-
10. ctarium fortuantur, & habent tor diuersa nomina, &
10. denominantur varijs nominibus. v. g. athanasia, philo-
10. nium, & pilula lucis, mithridatum, diacalamentum,
10. & consimilia?
10. Dicendum est, quod quaedam electaria, seu pilulae, &
10. aliae medicinae sumunt denominationem ab operatione,
10. & effectu, quem faciunt. v. g. athanasia dicitur immortalis,
10. non quod hominem immortalem faciat, sed reddit
10. hominem longæ vitæ, & quasi immortalem. Et pilula
10. lucis dicitur, quia oculos illustrant, & caliginem ab
10. eis remouent, & lucem recuperant. Et philonium dicitur
10. quasi amator, seu amor hominis, quia reddit homi-
10. nem sine dolore, & videtur esse amor, seu amator homi-
10. nis. Et sic patet, quod omnes medicinae prædictæ ab ef-
10. fectu, & ab operatione denominantur tales.
10. Quaedam vero medicinae sumunt nomen a compo-
10. sitore, qui eas inuenit, vel composuit. v. g. mithridatum di-
10. citur a Mithridate rege, qui ipsum composuit, vel muen-
10. nit. Et theriaca magna ab Andromacho, & ideo theria-
10. ca Andromachi denominatur, & diarhodon Abbatis di-
10. citur ab Abbate, qui eam composuit, & sic de alijs multis.
10. Quaedam vero sumunt denominationem ab aliqua
10. simplici medicina, quæ est basis, & fundamentum in il-
10. la compositione, vel quia de ea magis ingreditur in illa
10. compositione, & in ea obrinet principatum. v. g. ficus
10. sunt pilulae de ferapino, & pilulae de bdellio, & de rui-
10. bith, pilulae de sarcocolla, & diagalanga, & diacyminum,
10. & diaprassium, & diacalamentum, & multa alia.
10. Quaedam vero sumunt denominationem a numero
10. medicinarum ingredientium in eis. v. g. theriaca, diatesse-
10. ron dicitur confectio quatuor rerum, a dia quod est, de,
10. & tesseron quod est quatuor, quasi theriaca quatuor re-
10. rum, quia in ea res quatuor ingrediuntur.
10. Et vnguentum triapharmacum dicitur a tribus medi-
10. cinis, quæ eius confectionem ingrediuntur, rina, &

pharmacum, quod est medicina, quasi vnguentum trium
 medicinarum ingredientium, & pilulae communes dicū-
 tur trimeron, ex tribus rebus ingredientibus eas, sicut
 est aloë, myrrha, & crocus.
 Quarto quando reperitur in aliqua recepta. & agari-
 ci, rhubarbari ana partes æquales in mensura, & non in
 dosi, quomodo intelligitur? Dico, quod intelligitur se-
 cundum quantitatem ad oculum, & non secundum do-
 sim ad pondus. Istam autem quantitatem ad oculū de-
 bet tibi medicus limitare. v. g. si capis de agarico ad quā-
 titatem nucis, debet consimiliter ad quantitatem nucis
 capere de rhubar.
 Quid est hoc, quod dicitur in receptis medicinarum
 solutuarum, medicina fortis debilis, & medicina debi-
 lis fortis? Dico, quod medicina fortis debilis, est medici-
 na fortis virtutis, & operationis, & debilis in dosi, vt scā-
 monea, turbit, & esula, quæ omnes sunt fortes in virtu-
 te, & operatione: & tamen sunt debiles in dosi, quia de-
 bent medici parum dare. Sed medicina debilis fortis, est
 e conuerso; debilis in virtute, & operatione, vt casia, &
 manna: & fortis in dosi, quia de eis damus multum, (ci-
 licet vnam vnciam vel vnam vnciam cum dimidia.
 Quomodo intelligitur illud v. canonis Auic. capite
 in antidoto suo quando dixit. Et parum earum melius est
 plurimū? Dico, quod intelligendum est de simplici me-
 dicina, isto videlicet modo; q. si medicus potest facere
 cum vna tantum simplici medicina, non debet facere
 cum multitudine medicinarum, vnde sic intellige, quod
 parum earum, scilicet medicinarum simplicium est me-
 lius plurimū earum, id est multitudine earum, quia gau-
 det natura simplicibus.
 Si quis quæreret, quid importat hoc nomen electa-
 rium. Dico, quod tantum est dicere electarium, quantū
 electum ex varijs, quia ex multis, & varijs rebus electa-
 ria conficiuntur communiter.
 Et differentia electariorum est multiplex, quia quæ-
 dam sunt electaria dulcia, quædam amara, quædam a-
 cida, vt dia prunis, & diatamarindis.
 Quid importat, quanto dicitur in illa recepta. & tor-
 tellarum de semi? Respondeo, & dico, quod tortella. i.
 biscorelli de semi. id est de similia, vel de illa regione, quæ
 dicitur semi.
 Si quis quæreret, quare dicuntur medicinae opiare? Di-
 co, q. opiare dicuntur ab opio, & non debent exhiberi an-
 te sextum mentem. Quare dicuntur medicinae solutuar?
 Dico, q. ideo dicuntur solutuar, quia habent corruptos
 humores soluere, id est educere, & euacuare.
 Quid importat in quarta distinctione Damasceni, cū
 dicit, de conditis, quid sunt condita? Dico, q. condita idē
 sunt, quod preparata: & sunt multiplicia. Nam quædam
 sunt ex fructibus, vt citra, cyronia, pyra. Quædam sunt ex
 radicibus, vt zingib. conditum, et yngij. Et quædam ex
 floribus, vt rosa, viola, ex quibus zuccharum rosatum,
 violatum, boraginum, & consimilia.
 Si quis quæreret quid est lohoc? Dico, q. lohoc est sy-
 rupus inspissatus ad modum electarij, & aliquantulum vi-
 scosum, aprum, vt lambatur in dispositionibus pectoris.
 Vel secundum aliquos lohoc est viscosa, & mucilagi-
 nosa confectio, vt diu resistat, cum in ore tenetur; & de-
 bet lambi, & paulatim deglutiri contra dispositionem
 gutturis, & pulmonis. Et quædam lohoc sunt delectabi-
 lia, & quædam horribilia.
 Quid est diapenidion? Dico, q. est lenis cōfectio, a dia,
 quod est de, & penidia, quod est lene, quasi lenis cōfec-
 tio, quia habet pectus, & guttur lenire; vnde penidia, id
 est lenificantes guttur, pectus, & pulmonem.
 Quid est iulep? Dico, quod tantum importat, quan-
 tum clarificata potio, vel clarus liquor potabilis: vnde,
 vt plurimum omne iulep est sedatiuum sitis, & confortatiuum
 virtutis, quia aliqua iulep habent sitim sedare,
 & mitigare; & aliqua habent confortare cor, & virtu-
 tem. Et dicuntur iulep cordialia cum perla, & lapides
 preciosi ponuntur in eis.
 Vel aliter, iulep est clarus liquor potabilis ex aquis de-
 stillatis

Nota.

Labet quid.

Iulep quid.

stillatis, & zuecharo compositus, vel ex succis. Et potest esse aromatizatus, & non aromatizatus, ad sitim extrinsecandam, & virtutem confortandam; unde iulepizo iulepizas, id est clarifico clarificas.

Item potest fieri iulep longum, id est pauca, vel brevis decoctionis ex aquis stillatis, & zuecharo cum aromatibus, vel sine: sed paucis diebus durat, & precipue in aestate, & fit ut sit placidus agris ad potandū; sed in aestate non ita durat, unde in aestate iulep, & syrupi, quos vis conservare, debet habere longam coctum, ne ex caliditate aestatis bulliant, & in acetositatem conuertantur.

Quid est syrupus? Dico, quod est liquor potabilis compositus ex succis, vel seminibus, & radicibus, vel fructibus cum melle, vel cum zuecharo, & cum speciebus aliquando aromatizatus, & potest esse simplex ex paucis rebus, & compositus ex multis rebus, acetosus, vel non acetosus, aptus ad alterandum, vel digerendum materiam peccantem in morbis, isto scilicet modo refrigerando sanguinem, & alios humores calefactos, vel calefaciendo frigidos, vel subtilizando crassum humorem; vel incrassando subtilem, quia digestio secundum medicos nihil aliud est, quam crassi subtilizatio, & subtilis incrassatio, unde aliqui medici vocant eos digestiva, & aliqui diuisiva, quia habent malos humores a bonis diuidere, & sequestrare. Et dicitur a syr, quod est confectio, & opo, id est succus, inde syrupus, id est confectio vel compositio liquida de succis.

Syrupus aut. Cognoscitur autem syrupus, quando est bene coctus, quando ponitur inter duos digitos, & adheret eis cum quadam viscositate; vel quando ponitur super lapidem marmoreum limpidum, & aliquantulum coagulat.

Sapa est vinum coctum usque ad spissitudinem, & fit ex musto recenti tempore vindemiarum.

Quid est rob, vel robur? est succus inspissatus ad modum sapae, vel mellis.

Quid importat miua? Dico, quod miua. i. confortans, quia fit ex succis habentibus confortare stomachum, & fit ex succis pyrorum, vel cytoniorum cum zuecharo. Et potest fieri miua simplex sine speciebus, & aromatica cum speciebus. Simplex datur febricitantibus. Aromatica vero non febricitantibus.

Trochiscus aut. Quid est trochiscus? Dico, quod trochiscus est compositio quadam ex diuersis pulueribus, & speciebus mediante aliquo liquore aggregatis, & dicitur trochiscus à trochos, quod est rota, quia trochiscus est similis rote currus. Siquis quereretur quomodo est intelligendum, illud, quod ponitur in recepta, vel descriptione trochiscorum de alchechengi, cum dicitur primo boli armeni, postea prope finem eiusdem receptae dicitur boli absolute: intelligitur terra sigillata, quae in multis proprietatibus est similis bolo armeno; & adhuc habet excellentiores virtutes eo.

Quid est dictu trochisci alhandal? Dico, quod sunt trochisci, de colocynthida.

Quid est suffus? Dico, quod suffus idem est, quod pulvis, quod est dictu, fiat pulvis subtilis, sicut alcohol.

Quid est alcohol? Dico, quod sunt atomi apparentes in sphaera Solis ad modum subtilissimi pulueris, qui vis tactu comprehenduntur.

Quid est pilula? Dico, quod pilula dicta est a rotunditate quasi parua pila, quia ad modum paruae pilae est rotunda, vel dicitur pilula a pilo, id est pistello, quia antequam pilulae conficiantur multum laborant aromatarij in pistando eas in mortario, cum pilo, id est pistillo. Et nota, quod pilulae non debent esse antiquae, nec induratae ad modum lapidis, quia tunc non valent, unde pilulae cum transierint sex menses, non habent virtutem, & melius conseruantur in magdaleonibus, quam in puluere.

Quid est dictu pilulae cochiae? id est capitales, a coeas, quod est caput.

Quid est dictu pilulae alephanginae? id est aromatica.

Quid est emplastrum? est dura confectio, ut plurimum respectu vnguentorum, & fit sine oleis.

Quid est vnguentum? Dico, quod vnguentum dici-

tur ab vngendo; & est mollis confectio respectu emplastrum. Et fit ex oleis, adipibus, & cera, & aliquando cum speciebus vel pulueribus, & aliquando sine eis. Et nota vltorius, quod sicut aloë est ut plurimum materia pilularum, ita cera, ut plurimum est materia vnguentorum.

Quid est vnctio? Dico, quod vnctio est omnibus liquidior, & mollior, & fit communiter, aut ex oleis sine cera, vel si aliquid cera ponitur est valde modica.

Siquis interrogaret quorupliciter fiunt olea in medicina? Respondeo secundum doctrinam Mesue in antidota suo in xij. distinctione de oleis, & tripliciter fiunt olea. Quia quadam fiunt per expressionem, ut oleum de amygdalis dulcibus, & amaris, & de auellanis, & de chrysomilis. Et quadam fiunt per impressionem, ut oleum rosarum, chamemelinum, anethinum, de lilio, irinum, & sambucinum. Quadam quidem olea fiunt per resolutionem, ut oleum de vitellis ouorum, de frumento, sinapium, & oleum de fraxino. Siquis querat quid est oleum omphacinum, & quorupliciter fit oleum rosae. Dico, quod est oleum ex oliuis immaturis factum. Pro quo nota, quod oleum rosatum fit dupliciter. Primo ex rosis incompletis, & ex oleo omphacino, & tale oleum est satis frigidum, stypticum, & confortatiuum. Secundo potest fieri oleum rosae ex oleo oliuarum maturarum, & tale oleum est magis anodynum, & doloris sedatiuum, & non est frigidum tantum, sicut primum.

Nota tamen hos infra scriptos versus, ut melius intelligas supra scripta.

Tunc embrochamus, cum membra liquore rigamus. Tunc cataplasma facis, cum succum ponis, & herbas.

Dicitur epithema de succis vnctio pura.

Membraque facellas, sacco pleno medicina.

Si fumum recipis, est fumigatio dicta.

Dicitur emplastrum, quauis confectio dura.

Cum spongijs madidis, fit fomentatio sola.

Vnguentum faciunt, oleum, cera, cum speciebus.

Summa caraxamus, sed infima scarificamus.

Quid est rhodelæon? Dico, quod est oleum rosatum, a rhodo, quod est rosa, & oleum, quasi oleum rosatum.

Quid est rhodolacchara? dico, quod est zuecharum rosatum a rhodo, quod est rosa, & lacchara zuecharum, inde dicitur zuecharum rosatum.

Quid est rhodomele? Dico, quod est mel rosae cum folijs roseae permanentis.

Quid est geleniabin? Dico, quod est mel rosarum colatum.

Quid est mellicratum, & hydromel? Dico, quod est aqua mellis.

Quid est secaniabin? Dico, quod est syrupus acetosus.

Quid est oxymel? Dico, quod est compositum ex aceto, & melle, & est simplex, & compositum, & dicitur ab oxy, quod est acetum, & melle.

Quare dicitur oxyfacchara cum in eo non intrat acetum? Dico, quod oxyfacchara dicitur ab oxy, quod est acetum, videlicet succus acetosorum granatorum, & facchara zuecharum. Pro quo vltorius, nota, quod aliquando non ingreditur acetum in eius compositione; sed succus granatorum acetosorum, & ideo ab illis granatis acetosis dicitur oxyfacchara; sed aliqui ponunt verum acetum in oxyfacchara, ut Nicolaus.

Quid est dictu hiera picra, & unde dicitur? Dico, quod hiera picra dicitur a hiera, quod est sancta, & picra, id est, amara; inde hiera picra. i. dura confectio, sancta, & amara.

Quid est hiera diacolocynthidos? Dico, quod est confectio facta de colocynthide.

Quid importat, & unde dicitur theriaca? a thyro serpente, vel ab alia. Dicitur, quod theriaca non dicitur a trochiscis de thyro, quia si sic esset, sequeretur, quod alia theriaca, in quibus non ingreditur thyrys non essent theriaca, quod tamen est falsum, quia theriaca diatesseron est theriaca, & tamen in ea non ingreditur thyrys; sed theriaca dicitur a thyro graeco, quod est fera, eticos confectio, vel medicina; inde theriaca dicitur medicina.

Olea tripliciter.

medicina contra venenū ferarū, & est dñia medicinarū.

Queritur quot res ingrediuntur theriacam magnam.

Respondeo, quod est distinguendum, quia ingredien-
tia ipsam theriacam, quædam sunt composita, vt trochi-
sci de thyro, & trochisci de scilla, & quædam sunt simpli-
cia; sed communiter dicitur, quod numerando compo-
sita cum simplicibus, omnia ingrediētia theriacam sunt
nu. 64. & duo liquores, scilicet mel, & vinum.

Si queratur quanto tempore debet ipsa theriaca stare
fermentata, antequam dispensetur. Dico, quod debet sta-
re per duos menses, & bandiri ad hoc, quod si aliquis me-
dicus, vel docta persona vellet contradicere, quod possit
veniri a circumstantibus partibus, & locis ad disputan-
dum, & contradicendum si opus fuerit.

Si queratur, vtrum theriaca sit frigida, vel calida, & si
calida, quare ergo vsque ad sextum mensem stupefacit,
& infrigidat.

Secundo ad id arguitur sic, cum species calidæ in cō-
positione theriacæ excellant, & prædominentur frigidis,
quare ipsa theriaca ponitur frigida vsq; ad sextū mensem?

Ad hoc dubium respondetur, q̄ theriaca tripliciter cō-
sideratur secundum eius tria tempora, quia vel est infans,
id est nouella, & valde recens, & sic vsq; ad sextum men-
sem est frigida, & non calida. Cuius ratio talis est, quia
non obstante, q̄ in theriaca ingradientur plura simplicia
calida, quam frigida, quia tamen dosis opij cæteris * par-
tibus est maior, quam dosis aliarum rerum, referendo sin-
gula singulis, & ipsum opium est valde densę substantię,
non potest ipsa ante sextum mensem esse bene fermenta-
ta; nec ad vnā formā reducta, quia tot, & tanta sim-
plicia non possunt in tam paruo tempore inter se esse be-
ne confecta in qualitatibus, & complexionibus suis; ita,
quod minimum vnus tangat minimū alterius, & præ-
cipue propter ipsum opium, quod valde resistit fermenta-
tioni, cum sit frigidum in quarto, & substantiæ duræ,
atque densissimæ; propter quæ omnia ad minus requiri-
tur spacium vnus anni, si debet fermentari, & ad vnā
formam, seu complexionem reduci; quare ante annum
semper est frigida, & stupefacit.

Potest considerari secundo quantum ad eius secundā
ætatem, scilicet quando est iuuenis, scilicet a secundo an-
no vsque ad xx. & sic est calidæ complexionis.

Tertio vero consideratur, quando est in primo senio,
scilicet 30. annorum, & tunc est melior, & minoris cali-
ditatis, quam erat in iuuentute sua; & tunc medici pos-
sunt tutius vti ea.

Queritur cum non habentur trochisci de thyro, qua-
re moderni medici ponunt loco ipsorum trochiscorum
trochiscos ex dictamo, & tormentilla. Respondeo, q̄
sunt valde contra venenum; & ideo quando non pos-
sunt haberi trochisci de thyro ponunt istos.

Si queratur in quo vase melius conseruatur theriaca?

Dico, quod in vase plumbeo, cum ipsum plumbum
sit frigidum valde. Vnde in eo non potest ipsa theriaca
corrumpi, nec ebullitionem facere, nec malam qualita-
tem à plumbo acquirere; cum plumbum sit amatum,
& dulce, sed in auto melius conseruatur. Aliqui vero in
vitro, scilicet in vasis vitreis. In argento autem non ita
bene conseruatur.

Si queratur quot annis durat theriaca? Dico, quod
inferius dicitur; sed secundum Auic. in v. canone, durat
ab annis xxx. vsque ad 50.

Si quis querat, quid est mithridatum? Dico, q̄ est sin-
gularis medicinarū confectio ad modū theriacæ à Mithri-
dato Imperatore inuenta; & est valde contra venenum,
& habet quasi omnes virtutes, quas habet theriaca, & nō
datur de eo ante sextū mensem, nec etiā vsq; ad annum.

Nota etiam, quod nulla medicina opiata datur ante
sextum mensem.

Siquis querat, quid est confectio? Dico, q̄ confectio
est simul factio, & deriuatur a conficio conficis, quia ex
pluribus rebus conficitur, & potest esse mollis.

Si quis querat, quare theriaca diateseron sic nomina-
tur? Dico, q̄ à quatuor rebus ipsam ingredientibus di-

citur; tessaron enim græce, latine quatuor interpretatur.

Quare, & vnde dicitur diaphanicon, id est confectio
de dactylis? a dia, quod est confectio, & phenica, quod est
dactylus, quasi confectio de dactylis.

Quare dicitur tryphera? id est tristibus, & infirmis
conferens. Trypher.
cur.

Quare, & vnde dicitur diarthodon abbatibus? Dico, q̄
dicitur à dia, q̄ est confectio, & rhodon rosa, quasi con-
fectio rosata, vel de rosis; & Abbatis, dicitur ab Abbate
de curia, qui eam composuit.

Quid importat electarium elefoph secundum Me-
sue? Dico, quod electarium elefoph, id est episcopi.

Quid est sief? Dico, quod est medicamen solidum ad
oculos clarificandos, factum ad modum parui supposi-
torij, qui distemperatur, & liquefit, & in oculis ponitur,
quando opportunitas requirit. Et aliquando confricatur
sief super cote, id est lapide cum aqua feniculi, vel cum
aqua appropriata, & oculis illa aqua imponitur.

Quid est collyrium? Dico, q̄ est aqua composita pro
oculis lippis, & opthalmiacis. Vel est medicamen liqui-
dum pro oculis infirmis, & colatur per filtrum dum sit,
& ideo, collyriū dicitur, quia in oculo exprimitur, & co-
latur dum opus fuerit.

Quid est confectio alphefiræ? Dico, quod est confe-
ctio vitis albæ.

Quare, & vnde dicitur vnguentum tripharmacum?
Dico, quod vnguentum de tribus medicinis; pharmacō
enim medicina dicitur, vnde quia tres medicinae, scilicet
simplicia ingrediuntur eius compositionem, scilicet lithargy-
rium, oleum, & acetum, & ideo tripharmacum dicitur.

Quid est diamargariton, & vnde dicitur? Dico, q̄ est
confectio cordialis ex duobus generibus margaritarum
perforatarum, & non perforatarum, quæ in eum ingre-
diuntur, a dia, quod est * per, & margaritis, quasi confe-
ctio de margaritis. * de

Quare dicitur terra sigillata? Dico, quod terra sigilla-
ta est contra venenum; vnde antiquo tempore erat tan-
tæ virtutis, & sublimitatis, vt Reges eam proprijs, & se-
cretis eorum sigillis sigillauerint, vt cognosceretur ab
alia terra, quæ adulterabatur, sed hodie non sic est, quia
raro reperitur bona.

Quid est alipta muscata? est mistura, in qua muscus
ingreditur, vnde alipta, id est mistura.

Quid est ramich? Dico, quod est quedam mistura soli-
da quarundam rerum aromaticarum pro maiori parte
stypticarū, & ingreditur emplastrū de Gallia descriptio-
ne Mesue, & etiā ingreditur in trochiscos de terra sigillata.

Si quis quereret, quando in vna recepta inuenitur
vna res, cuius plures sunt species, quam illarum rerum
debemus intelligere? verbi gratia, cum scribitur in vna
recepta. & spica, & non dicitur quam spicam; vel cum di-
citur. & rosa, & non explicat albarum, vel rubearum, vel
Recip. gummi, vel & casia, & non explicat quam speciem
casia, vel & styracis, & non explicat quam speciem sty-
racis ad exequendum per ipsum aromatarium. Ad hæc
respondetur, quod debemus intelligere speciem, quæ præ-
ualet alijs in virtute, verbi gratia, quando reperitur. &
spica, intelligatur spica nardi. Et cum dicitur. & rosarū
intelligitur rubearum, quia rubear præualent albis in vir-
tute. Et quando dicitur, recipe gummi, intelligitur ara-
bici. Et cum dicitur. & casia, intelligitur lignea. Et cum
dicitur. & styracis, intelligitur rubear calamita, quod
idem est; & sic de alijs, quia secundum philosophum a
digniori sit denominatio.

Nota, quod aromatarius non debet auctoritate pro-
pria, sine licetia medici, in receptis ponere quid pro quo,
id est vnā rem pro alia, quando caret aliquo simplici,
quia in hoc posset errare, sed debet omnia facere cum di-
spensatione, & auctoritate doctissimi, & fidelissimi me-
dici. Vnde tempore meo Illustrissimus Rex Aragonum
puniuit acriter, & turpiter condemnauit Neapoli quen-
dam eius aromatarium, cui medici suæ maiestatis ordi-
nauerunt quoddam electarium cordiale, in quo ingre-
diebantur coralli albi, & ille aromatarius non habebat,
sed

Nota.
dub. & solum
hanc.

sed combussit corallios rubeos, qui ex combustionem effecti sunt albi. Vnde hoc venit ad notitiam domini regis, & sic ille fuit condemnatus in nouem millibus ducatis, & de cetero noluit eum pro aromatario.

Quando reperitur thaber in receptis, quid est? Dico, quod thaber est zucch. Candi.

Quid est zuccharum Candi? Dico, quod est zuccharum Candidum, & induratum ad similitudinem crystalli. Modum autem faciendi ipsum ponit Seruator, lege ibi, & reperiēs.

Quid est, quando reperitur in receptis, Candi rosati. vel violati? Dico, quod est zuccharum Candid. & induratum, quod reperitur in fundo vasis, vbi reconditur iuleb rosa. vel viol. vt syrupus violatus, vel rosatus.

Quid sunt dactyli Keryon? Dico, quod sunt dactyli huius prouinciae, seu de Kero Satacenorum.

Quid sunt tortellae de semi? Dico, quod sunt biscotelli de simila.

Quare dicitur syrupus denarij, vel de byzantijs, cum in eo blaet byzantiarum non ingrediantur? Dico, quod talis syrupus ideo dicitur syrupus denarij, vel de byzantijs, quia byzantium in arabica lingua, idem est, quod ducatus, vel aliud genus denarij, vnde sicut ducati, vel denarij apud homines sunt carissimi, & pretiosi, ita est iste syrupus apud medicos, & etiam apud infirmos propter optimam operationem, quam inducit contra omnes febres oppilationum, & propter sanitatem, quam facit acquirere, quae sanitas est carior omnibus ducatis, vel byzantijs, & omni thesauro mundi.

Quare, illa confectio diacurcuma, tam maior, quam minor, quam ponit Damasc. in distin. de electarijs contra hydropisum, quare dicitur diacurcuma? cum in ea non ingrediantur radices curcumae? Dicitur, quod diacurcuma a croco dicitur, qui crocus apud graecos dicitur crocon, qui ingreditur in eam, bona quantitate, & quia vocabulum est corruptum, dicitur diacurcuma. Vel aliter dico, quod ideo dicitur diacurcuma, quia illa confectio est citrina ad similitudinem curcumae, quae est radix valde citrina, & amara satis.

Quid est illud, quod dicitur in fine receptae, aromatici rosati descriptione Gabrielis, gummi arabici, tragacanthi, ana dr. 2. & duas partes alterius? Dico, quod quando dicitur duas partes, intelliguntur duae partes. scilicet dr. & sunt scrup. 2. cum quolibet dra. ex tribus scrupulis conficitur.

Quid importat hoc nomen segena, vel segema? Dico, quod idem est, quod secundans, & generationem faciens.

Quid importat hoc nomen diamorison? Dico, quod idem est, quod electarium vtilitatum.

Quare, secundum Damasc. in primo lib. de consolatione medicinarum, scamonea debet teri crasso modo, cum ponitur in pilulis, vel in alijs solutiuis: & rheubarbarum debet teri subtiliter, & colocynthis subtilissime? Dico, quod scamonea est valde noxia stomacho, & valde serosa, vnde si puluerizaretur subtiliter, intraret porositate stomachi, & longo tempore nauicaret, & stimuleret stomachum, & consequenter cor magis laederet ex vicinitate, quam si haberet os stomachi ad cor, & etiam appetitum deieceret.

Alia autem ratio, & bona, quare medicinae solutiue laetoriosa, vt scamonea, turbit, euphorbium, praeter colocynthidem, debent crasso modo teri, & puluerizari, talis est, vt sui crassitie longiorem moram in stomacho faciant, ad hoc vt humores ab extremis partibus ad stomachum attrahant, & sic euacuentur, nam si subtiliter puluerizarentur ex earum subtilitate possent villis stomachi adherere, & possent eos scindere, & excoriare, & cum hoc, ad dysenteriam perducere, vt scamonea, euphorbium, & similia. Non laxatiua vero subtilissime sunt extirpanda, vt sui subtilitate facilius incorporantur, & suos effectus citissime consequantur; & hoc quidem plurimum est conseruandum in confortatiuis, & restauratiuis electarijs.

Rheubarbarum vero, quod est laxatiuum leue, & medicina benedicta, debet subtiliter conterri, & puluerizari, quia principaliter ex proprietate sua habet cholera, quae subtilis est, educere; & quia ipsa cholera ex subtilitate

te sua imbibitur interdum in poris stomachi, & hepatis, ideo rheubarbarum debet subtiliter teri, vt possit illas porositates intrare, & ipsam cholera facilius educere. Colocynthis vero debet subtilissime puluerizari, quia est valde violenta, & est substantia rarissima, & spongiosa, nam si intraret vacuitates stomachi, vel hepatis, aut intestinorum; ita tumeficeret, & incrassaretur ex humoribus ibi reperijs, quod extenderet, & torqueret cum maximo dolore omnia membra praedicta. Sed si fuerit subtilissime puluerizata, non potest illud facere, quia minima, seu minutissima non potest ita tumescere, nec inflari; & maxime si fuerit correctae cum appropriatis.

Pro quo nota, quod nunquam debet exhiberi sola, sed sociata, & correctae cum alijs, & dum ponitur in decoctione clysteriorum, ligetur in pectus, quia si non ligata decoqueretur: postea, ex quo casu aliquid eius remaneret in decoctione, & dum fieret clyster, posset aliquid eius adherere intestinis, & in eis mirabilem dolorem causare, vt plures imperiti medici, & rudes aromatarij iam fecerunt.

Nota etiam, quod quando sola colocynthis reperitur in planta sua, nullo modo colligenda est, sed potius abiicienda, quia est perniciofa, & venenosa; & similiter scilla, quae nascitur sine consortio aliarum est perniciofa, et abiicienda.

Quare species, & pulueres, quae ingrediuntur electaria, & pilulas, & alias medicinas, non debent simul conterri, neque puluerizari simul: secundum doctrinam Damasc. lib. j. de contritione? vt verbi gratia, spica, garyophylli, zingib. gummi, macis, cinnamomum, flores, semina, & folia, dictamus, tormentilla, aristol. Dico, quod praedicta non sunt consimilis complexionis, & substantiae: ideo non debent omnia simul puluerizari, sed seorsum. Aliqua enim ex praedictis sunt rarae substantiae, vt macis, cinnamomum, & aliqua sunt densioris substantiae, vt garyophylli, gummi, alia vero sunt substantiae densissimae, & valde compactae. Et ideo, si simul conteruntur, erit male factum, quia illa medicina, quae est rara substantiae, citius puluerizatur, & minus resistit contritioni, quam illa, quae est densae substantiae. Ideo tunc resolueretur, & exhalaret virtus eius, & ideo tutius est, & magis securum secundum canones doctorum, quod quaelibet simplex medicina per se, & seorsum puluerizetur, & conteratur, &c. Licet aromatarij nostri temporis faciant oppositum, & male secundum omnes.

Vltius posset aliquis dubitare, quando aliqua decoctio diuersarum herbarum, vel radicum fit, quare non facimus seorsum decoctionem illarum rerum decoquendo quamlibet rem de per se? sicut facimus triturationem diuersarum cuiuslibet de per se? vt docet Meslib. j. summa secunda c. 4. de modo triturationis. Respondeo, et Dico, quod sicut fit in trituratione, sic debemus facere in decoctionibus, omnia sigillatim, & per ordinem decoquendo, vnam rem, scilicet post aliam; verbi gratia, primo decoquendo radices, quae sunt densioris substantiae, secundo stipites, tertio folia, quarto flores. Et etiam minus debent decoqui herbae, quae habent virtutem in superficie foliorum, vt sunt rosa, & reliqui flores, & ablynthium, lactuca, &c. quam herbae, quae habent virtutem profundiorum, & terrestriorem, &c.

Et si aliquis instaret, quare Mesue non posuit hanc doctrinam? Dico, quod ipse Mesue loquitur doctis viris, & ne idem bis replicaret, tacuit. Nam ex doctrina triturationis datur intelligi doctrina decoctionis.

Quare species, & pulueres ponuntur vltimate, & non in principio in ipsis electarijs, & confectiōibus? Dico, quod in electarijs de melle, vel zuccharo semper species aromaticae debent vltimate poni, postquam ab igne deponuntur, ne ipsae species resoluantur, & amittant virtutem.

Quaeritur, quare in hyeme, vt plurimum vtimur confectiōibus, & electarijs de melle, in estate vero de zuccharo? Dico, quod mel est valde calidius zuccharo. Ideo in hyeme magis vtimur praedictis electarijs cum melle, sed zucch. magis vtimur in estate, quia est minus calidum. Alia causa est, quia ambo praedicta, id est mel, & zuccharum

Nota.

Nota.

rū debent proportionari ipsi tēpori, cū ergo mel sit calidū, & tēpus hyemale frigidum, magis debemus uti melle in hyeme, & cū zuccharū sit tēperatū, & minus calidū, ipso melle, magis debemus uti zuccharo in aestate.

Quæritur circa confectiones solidas de zuccharo, quando debent habere fortioiorem cocturam in hyeme, vel in aestate?

Dico, quod in aestate, & confectiones solidæ debent leniorem cocturam habere, ut sint placibiliores, & meliores dentibus agrotant; sed in hyeme debent fortius decoqui, ut magis conferuentur, & ut magis resistent humiditati hyemis. Ut sunt manus Christi, electarium regum, de gemmis, aromaticum rosatum, diatrialanda-li, &c. In lep vero, & syrapi, & electaria debent in aestate habere fortioiorem cocturam, ne ex forti calore astatu ebulliant, & in acetositate transcant.

De melle.

Nota hæc

Quæritur, utrum mel, & zuccharum sint oppilatiua? Dico, quod omnia dulcia sunt oppilatiua, præter zuccharum, & passulæ; & ideo omnia dulcia inimicantur hepaticis, quia causant in eo oppilationem, præter duo prædicta. Et ratio est, quia omnia prædicta sunt amica naturæ, unde ipsa natura adeo delectatur eis, quod membra attrahunt ea ad se, antequam digerantur, ex qua indigestione oppilatio generatur, & præcipue in hepate, & venis, quia secundum Auic. res dulces ad faciendam oppilationem sunt veloces. Sed nota ulterius, quod omnia dulcia conueniunt, & amantur pulmonis, & pectori si patiantur lambantur, & non velociter transglutinantur, ut mel, sapia, zuccharum, dactyli, passulæ, carica, iunibe, cāna mellis, penidia, tragacanthi, diatriis, & omnes species huiusmodi, quia dulcia sunt lenitiua, & molliuatiua pectoris, & pulmonis, & humiditatum viscosarum repetarum in eis, & similiter catarrhi descendentes ad pectus, & pulmonem.

Quæritur quomodo cognoscitur lignum aloes, quando est bonum? Dico, quod in quatuor cognoscitur. In colore, odore, sapore, & pondere. In colore, quia debet esse nodosum, fusci, & obsecuti coloris. In odore, quia quando comburitur super carbones, facit fumum boni odoris, et facit spumam, & hoc est secretum aromatariarum. In sapore, quod sit amarum. In pondere vero cognoscitur, quod si parum de eo ponatur in vini cyatho pleno aqua, non natat, sed immediate petit fundum.

Electis Aloes.

Quid est hoc, quod Mesue dicit confectionem de xyloaloes, quando dicit. x y loaloes crudū: quid est lignum aloes crudum? est ne aliud coctum, & quomodo cognoscitur? Dico, quod aliquando lignum aloes potest esse crudum, & coctum. Crudum enim habet conditiones prædictas, sed coctum cognoscitur a crudo, quia mutat colorem, & etiam efficitur magis stypticum; & ultra hoc non est ponderosum, sicut crudum, sed valde lenius.

Quæritur unde fit aloes? Dico, quod fit ex succo herbarum, quæ zambana dicitur, & est herba aloes. Unde aliqui dicunt, quod omnes tres species fiunt ex succo prædictæ herbarum zambanæ, scilicet succotrinus, hepaticus, & caballinus.

Sed contra, si sic esset, unde dicitur lignum aloes, cum illa herba non habeat stipitem, neque lignum?

Aloes species tres.

Dico, quod reperiuntur plures species aloes, ut putat, scilicet, aloes succotrinus ab illa prouincia sit nominatus, & aloes hepaticus, quia assimilatur hepati in colore, & substantia; & istæ duæ species aloes sunt puriores. Sed tertia species dicitur aloes caballinus; talis aloes est, sicut fœx alijs deterior, & fit ex prædicta herba zambana, quæ non habet lignum. Alij dicunt, & bene, quod lignum aloes non est lignum ipsius aloes, sed est lignum eiusdem arboris paradisi terrestris; & hæc venit ad Indiam per impulsione fluminis paradisi, & est dictus ad similitudinem ipsius aloes, quia similatur ei in colore, & sapore, cum ipsum lignum sit subnigrum, & amarum, ut aloes. Et ultra hoc dicunt isti, & bene, quod omnes tres species fiunt ex illa herba zambana in diebus canicularibus aestatis, unde primus succus illius herbarum cum coagulatur, &

exsiccat in Sole, dicitur succotrinus. Alius vero succus, scilicet secundus, dicitur hepaticus. Tertius, vero succus, qui est quasi fœx, dicitur caballinus.

Aliqui dicunt, quod sunt diuersæ herbarum in genere, ex quibus istæ tres maneries aloes fiunt, sicut diuersæ vineæ non in genere, sed in bonitate, differentia vinea faciunt.

De balsamo.

Quomodo cognoscitur balsamum, quando est bonum? Dico, quod cognoscitur in colore, odore, sapore, ardore, & pondere. In colore, quia est liquor aliquid similis oleo, & viscosior ad aliqualem rubedinem tendens. In odore, quia est odoris aliquid rancidi, non placibilis. In sapore, quia habet saporem pinguedinis gallinæ antiquatæ non recentis, & ardet in gutture, ac si esset oleum torrens, & antiquum. In ardore, quia si in oculis ponatur, vna gutta de eo, tantum ardorem in oculo generat, ac si lixiuū forte esset in oculo per spatium vnius horæ, & ultra ita apparet, quod oculus ardeat, & quod velit exire, sed dimittit visum in eo statu, in quo reperitur, quando ponitur in oculo. In pondere cognoscitur, quia si vna gutta ponatur de eo in vno cyatho pleno aqua, non spargitur, sicut oleum in aqua; immo conglutinat, & condensatur ad modum vnius perle rotundæ, & immediate petit fundum, & ultra hoc cuspidi cultelli potest ipsam guttam ab ipsa aqua extrahere, quia adhærebit cuspidi ipsius cultelli, & extrahet tota gutta integra ab aqua illa.

Et nota, quod ad cicatrices subtiliandas, & remouendas perungendo eas cum balsamo, nil est sublimius eo, sed est in magno precio; nec habet de eo, nisi potiores, & magni domini, quia in mundo non est nisi vna vinea illorum arbutulorum, quæ vinea est magni Soldani Saracenorum.

Quid est mel tabarzet quod intrat in confectione de zingibere, quam ponit Mesue? quia de zuccharo tabarzet verum est quod sit. Dico, quod mel tabarzet est mel album de celo cadens ad modum roris, sed est albius, & aliquantulum densius, quam sit mel apum, & quasi tendit ad naturam zucchari.

Quomodo intelligitur illud, quod ponit Mesue in descriptione syrapi de acetositate citri in fine receptæ, cum dicit. Accipe ex eo, succo lib. 7. & funde super ipsum ex iuleb claro deurato lib. v. de quo iulep intelligitur, cum ipse non specificet. Dico, quod intelligitur de solo zuccharo, & iulepizato, id est in formam iulep reducto.

Quomodo intelligitur illud, quod dicitur in receptis mellis, quod sufficit aut zucchari, quod sufficit? Et quod in vnguentis dicitur, cera; quod sufficit? Dico, quod intelligitur quantitas conueniens mellis, vel zucchari, quæ quantitas valet species, vel pulueris cuiusunque conditionis fuerint, in se colligere, & conservare, ita ut mel, aut zuccharum non sit paucum, & species multa, aut paucæ species, & multum mellis, vel zucchari, nisi de præcepto peritissimi medici, vel doctoris aliter faciendum est. Consimiliter de cera respectu vnguentorum dicendum est, quando dicitur, cere quod sufficit, quod aromatariis debet semper proportionare ceram cum oleis, quia pro duabus vncijs olei, vnc. s. cere ponenda est. Sed quando dicitur, cere parum; tunc intelligitur, quod debet esse vnguentum molle, ita, quod oleum debet ceram in aliquo superare, quia multa cera facit duritiem in vnguentis, & pauca cera facit molliem in vnguentis.

Et nota ulterius, quod sicut aloes, ut plurimum est materia pilularum faciens bonam conglutinationem specie rum, dans eis bonam corporeitatem, & pariformiter cera est materia vnguentorum faciens bonam conglutinationem, & corporeitatem in eis.

De opio.

Siquis peteret, vel interrogaret, potest ne fœtor ab opio remoueri? Dico quod sic. Et si queratur, cum qua medicina? vel cum quo simplici? Dico, quod cum alio, pistando, vnc. opij cum duobus capitibus alij, deinde destilletur hæc mixtura per alembicum, & de ista aqua destillata detur in potu secundum discretionem, quia mirabiliter prouocat somnum, & erit sine fœtore. Et hoc pulchrum secretum non est omnibus reuelandū.

Et

Et si quis hoc secreto usus fuerit nepharie, præterquam ad opus medicinarum, maledicatur à Deo. Amen.

Si quis quæreret psyllium, quod intrat in medicinis, ut puta in electariis de psyllio, & in requiè Nicolai, est ne calidæ complexionis, vel frigidæ? Dico, quod semen psyllij habet duplicem complexionem, quia ex parte exteriori, scilicet in eius cortice est frigida complexionis, & ex eius cortice fit mucilago, quæ est frigida complexionis, & ponitur in electario de psyllio, & in requiè Nicolai; quod fit ad prouocandum somnum. Et talis mucilago fit ponendo psyllium in infusione in aqua tepida, vel alia aqua destillata secundum præceptum medici, & non debet longo spacio stare in infusione, sed conuenienti tempore, quia per longam infusionem posset acquiri caliditas ex substantia interiori; quæ quidem exterior substantia est frigida complexionis, quantum ad corticem, & calidæ complexionis, quantum ad interiorem substantiam, & medullam.

SECUNDA PARTICVLA B de declaratione nominum medicinarum compositarum in antidotario Nicolai descriptarum.



Consequenter ad declarandum nomina medicinarum compositarum in antidotario Nicolai descriptarum, ut magis breuiter, & succincte significatio earum nota sit omnibus, & præcipue aromatarijs, & alijs iuuenibus practicum incipientibus. Non expectes hic à me audire, nisi declarationem vocabulorum ipsarum medicinarum valde compendiose; & non virtutes earum, quia earum virtutes ipse Nicolaus amplissime ponit. Nicolaus itaque primo in proœmio sui antidotarij dicit, quod si quis interrogaret, quot requiruntur in omni vera dispensatione. Dicas, tria. Primum est, ut omnia aequaliter, id est conuenienter ponderentur, tam in speciebus, quam in gummis, & herbis, secundum pondus vnicuique rei. Secundo, ut non sint nimia vetustate consumpta. Tercio, ut herbe, radices, & semina, congruis temporibus sint collecta, & quod in congruis locis reposita conseruentur, & ab extrinsecis alterantibus corrupta, aut marcescere non possint, ut puta a fumo, humiditate, vel pluuia, vel puluere, vel Sole.

Quot requiruntur in conficiendo? Dico, quod secundum, quod præallegato loco dicit Nicolaus, quod tria requiruntur in conficiendo, scilicet mellis puritas, & quantitas, quæ sufficit, & æqualitas, id est conueniens specierum, & pulueris trituration, & cribellatio; & in syrupis aquæ consumptionis decoctio.

Quare mel ponitur in medicinis? Dico secundum Nicolaum ibidem, quod tribus de causis ponitur mel in medicinis. Primo ad conseruandum, nam præ cæteris liquoribus mel est maxime conseruatiuum. Secundo est valde modificatiuum, id est correctiuum malitiæ medicinarum, & præcipue solutiuarum. Tercio, quia sua dulcedine amaritudinem temperat specierum.

Quot requiruntur in purificando, vel decoquendo mel? Dico, quod duo requiruntur. Primo, ne sit parum coctum, ne sit aquosum. Secundo, ne sit nimis coctum usque ad duritiem, sed mediocriter, & sit bene despumatum. Cognoscitur autem mel debite coctum, quando adhæret digitis, & quando inspissatur cum frigidetur super lapidem.

Vltimo Nicolaus dicit in illo proœmio, quod specierum, aut pulueris trituration, vel cribellatio fit duobus modis, quia in electarijs non solutiuis species debet subtilissime puluerizari, & cribellari. In alijs autem medicinis, & præcipue laxatiuis debent esse crassiores, & non ita subtiliter puluerizata, ne sui subtilitate moram in stomacho

attrahant, & sic euacuent nimis, ne etiam subtilitate sui villis stomacho adherendo, eosque scindendo, & excoriando, dysenteriam generent, ut scammonia, euphorbium, & similia. Non laxatiua vero subtilissime terenda sunt, ut sui subtilitate citius incorporentur, & suos effectus citissime consequantur, hoc quidem plurimum est obseruandum in confortatiuis, & restauratiuis electarijs.

Antidotarium est liber continens antidota; antidotum enim est contra datum, id est continens medicinas approbatas, & experimenta contra morbos data.

Et nota, quod antidotarium Nicolai procedit secundum ordinem alphabeti, quia ponit primo medicamina incipientia ab A. deinde ponit illa, quæ incipiunt a B. Et sic per ordinem alphabeti usque ad Z.

Incipit ergo ab Aurea Alexandrina, quid ergo significat, & unde dicitur? Dico, quod aurea dicitur ab auro; alexandrina vero ab Alexandro, a quo fuit composita, & inuenta.

Adrianum dictum est ab Adriano Romanorum Imperatore, qui illud composuit.

Acharistum, sine munere interpretatur, quia sine munere patientis sanat catarrhum.

Athanasia, id est immortalis, quia sæpius liberat ab extremis mortis.

Alcancalon. i. nuntium bonum.

Antimorum. i. contra mortem.

Antidotum hæmagogon. i. menstrualem sanguinem educens; prouocat enim menstrua.

Blanca dicitur, quoniam albos purgat humores. i. phlegmaticos.

Benedicta dicitur, quia ab omnibus, a quibus sumitur benedicitur.

Benedicta translyberina, quia translyberim Romæ fuit inuenta.

Confectio aliptæ muscata, alipta id est mistura contra asthma.

Confectio galliæ muscata; galliæ, quia in gallia provincia reperta.

Confectio neræ. i. preciosæ medicina.

Diamargariton dicitur a duobus generibus margaritarum, perforatarum, & non perforatarum; quia eius compositionem ingrediuntur.

Diacamerō. i. ducens hominem, de morte ad vitam.

Diamoron, a moris celsi dictum.

Dianthos dicitur, quia fit ex floribus dendrolibani, id est torisimarini.

Diasatyriōn, a radicibus satyriūm dicitur, satyriasis enim græce, latine virgæ erectio, quia facit homines potentes ad coitum, & incitat virgæ erectionem.

Diaprunis, vel diadamasenū, a prunis damasc. dicitur.

Diaprasion a prasio. i. marrubio, quod intrat in illud, plusquam de alijs.

Diabolibanum, dicitur ab olibano, quod ibi ponitur.

Diaphodon Abbatis, dicitur a rosas, quæ intrant in eum, plusquam de alijs speciebus; Abbatis, quia ab Abbate de curia fuit compositum.

Diapenidium, dicitur a penidijs, quæ ibi intrant, plusquam de alijs.

Diacymīnū dicitur, eo, quod de cymino intrat plus, quam de alijs speciebus in id.

Diatragacanthum a tragacantho, quod intrat in id.

Diacastoreon, dicitur a castoreo. i. testiculis illius animalis, qui in id ingrediuntur.

Diacoston, a costo quod intrat in eum.

Diakis, dicitur a radice illa, quæ ireos vocatur, & est radix liliūm azurorum.

Diacalamentum, dicitur a calamentho: quod principaliter intrat in id.

Diacodion dicitur a codione, quod est papauer nigrum, & eius ingreditur compositionem.

Diasena dicitur a sēna, quæ ibi ponitur plus, quā de alijs.

Diacytonite, dicitur a cytonijs, ex quibus fit.

Diambra, dicitur ab ambra, quæ ibi recipitur.

Diameconis dicitur a mecone. i. papauere albo.

Diapapauer, dicitur a papauere albo, quod ibi ingreditur.

Esdra, dicta est ab Esdra propheta, qui eam composuit.
 Electarium Ducis, dicitur ab Abbate de curia, qui eum composuit ad instantiam Ducis.
 Electarium pliris arcoticon. i. completa medicina.
 Electarium de succo rosarum, ab eodem succo dictum est.
 Electarium psylliticum à psyllio dictum est.
 Electarium frigidum Cophonis, id est illius medici, qui eum composuit.
 Emplastrum. i. dura confectio, apostolicum. i. supremum.
 Emplastrum cerone, a cera sic dictum.
 Emplastrum oxycroceum, dicitur ab oxy, quod est acetum, & croceum, quod est crocus.
 Emplastrum diaquylon, id est mollificatium.
 Emplastrum de palma, dicitur, quia cum spathula viridi, vel cum palma conficitur.
 Filatropos, amicus hominis, vel misericors interpretatur.
 Philonium. i. novus amicus.
 Garyophyllatum dicitur a garyophillis, qui ibi intrant.
 Gios ortheos. i. filius Dei.
 Hiera logodion memphyru. i. impedimentum; hiera. i. sacra, logos. i. sermo, memphytum. i. impedimento. Hec hiera curat impedimentum sermonis, & locutionis.
 Hiera picra Costatini, a Costatino medico sic dicta est.
 Hiera picra Abbaris, ab abbate de curia, qui eam composuit.
 Hiera Rufini ab autore, qui eam composuit.
 Hiera Galeni ab ipso Galeno.
 Igia græca. i. saluatix, græca à græcis inventa.
 Hydrotypium olympicum, hydrotypion. i. potus contra rigorem olympicum ab olympio philosopho, & medico eius inventore.
 Iustinum à Iustino Imperatore factum, & inventum.
 Katarticon imperiale. i. laxativum pro Imperatoribus, & pro alijs delicatis hominibus.
 Lichontrippon id est conterens, & frangens lapidem interpretatur.
 Letitia dicta est quasi tristitiam auferendo, quia claritatem, & gaudium adducit.
 Mirhidatum, hoc est mater omnium antidotorum, vel dicitur à Mithridate rege, qui eum composuit.
 Musa xnea, a peritissimo philosopho Musa inventa.
 Mielera. i. experta.
 Mel rosatum appellatur a græcis Rhodomet.
 Opopyræ dicitur à succo, & igne, opos enim græce, latine succus, pyr, ignis, inde opopyræ. i. succus ignitus, & hoc electarium compositum est à sanctissimis medicis Cosima, & Damiano.
 Oxy dicitur ab aceto succo malorum granatorum.
 Oxyfacchara dicitur ab oxy, quod est acetum, & zuccharum.
 Oxymel simplex dicitur ab oxy, quod est acetum, & melle.
 Oxymel compositum similiter dicitur, sed compositum, quia multæ res in eum ingrediuntur.
 Oxymel scilliticum ab aceto, & melle, & scilla.
 Oxymel passulatum, ab aceto, melle, & passulis dicitur.
 Oleum rosaceum, dicitur ab oleo, & rosas in id ingredientibus.
 Oleum mandragoratum, ab oleo, & succo pomorum mandragoræ.
 Oleum frigidissimum viride, dicitur, ab herbis frigidis, & viridibus, quæ in id ingrediuntur.
 Porio sancti Pauli, dicitur, quia S. Paulus eam composuit.
 Paulinum antidotum. i. magnum antidotum, quia magnam virtutem, & efficaciam habet ad multa.
 Panchrestum antidotum, pan. i. totum, Chrestu. i. bonum.
 Porio muscata, a musco dicta est.
 Picra. i. amara, a Galeno inventa.
 Pilulæ sine quibus esse nolo. pilulæ a rotunditate dicuntur, sine quibus esse nolo pro nimia earum efficacia, & virtute.
 Pilulæ aureæ ad similitudinem auri dicuntur, quia sicut aurum inter omnia metalla est preciosius, sic pilulæ istæ inter omnes preciosiores habentur.
 Pilulæ diacastoreæ à castoreo, dictæ sunt.
 Pilulæ de cynoglossa herba.
 Pilulæ de quinque generibus myrobalanorum, ab ipsis myrobalanis denominatæ sunt.

Pilulæ arthreticæ. i. membrorum, artros enim græce, latine membrum.
 Pilulæ bechichia, depresso, & non rotunde. Et sunt lenitiue contra tussim; tenentur enim sub lingua, & paulatim deglutuntur, & fiunt in forma lupinorum.
 Pilulæ scæudæ dictæ sunt, quia scætidus, & corruptos humores educunt, vel quia aliqua scætida in eis ingrediuntur, ut puta castoreum, sagapenum, opopanax, succus pororum, cum quo conficiuntur.
 Pilulæ cochia, id est capitales.
 Pilulæ de hermodactylis ab ipsis denominantur.
 Pilulæ assaiaret. i. capitales, quadrimeron. i. medicamen ex quatuor rebus.
 Rosata novella, à rosis dicta; novella respectu veteris, quæ recipiebat sulphur vivum.
 Rubra trochiscata, rubra dicitur ab ipso colore, trochiscata à trochiscis, qui ibi recipiuntur.
 Requies dicitur ab effectu, quem inducit, quia requiem somnum, & quietem patientibus affert.
 Rhodofacchara. i. zuccharum rosatum, a rhodon, quod est rosa, & facchara, quod est zuccharum; inde rhodofacchara, id est zuccharum rosatum.
 Rhodomet. i. mel rosatum, a rhodon, quod est rosa; & mel id est rosatum mel.
 Sorira saluatix interpretatur.
 Sal sacerdotale dictum est, quia eo utebantur sacerdotes tempore Helia propheta.
 Syrupus dicitur, a syr, quod est confectio, & opos, succus, inde syrupus. i. liquida confectio de succis.
 Stomachicon. i. confortativum stomachi. Et dividitur, quododdam est stomachicon calidum, & quoddam frigidum.
 Theriaca magna Gal. quia G. eam composuit. Dico, quod non est verum, salva pace Nicolai, quia Andromachus singularis medicus eam composuit. Et cum dicitur vltorius, theriaca dicitur a trochiscis de thyro, qui in ea reperiuntur. Dico, quod non est verum, quia sunt alia theriaca, quæ tamen non denominantur a thyro, quia trochisci de thyro eas non ingrediuntur, ut theriaca diatefferon, & theriaca Diosc. & theriaca exercitialis; & inde theriaca dicitur quasi medicina contra venenum, & dicitur domina medicinarum, ut supra declaravi.
 Theriaca diatefferon. i. de quatuor rebus.
 Theriaca exercitialis. i. pro conservando exercitu gentium contra corruptionem aeris, & epidemiam.
 Tryphera saracenica, tryphera dicitur, quia hominem iuvenem reddit. Saracenica, quia à Saracenis inventa est, & descripta.
 Tryphera magna dicitur, quia fructum magnum confert mulieribus, & proprie matricibus earum, quando dolorem matricis patiuntur, dando eis cum vino decoctionis atthemisia.
 Trionphyllon. i. de folijs rutæ viridibus.
 Triasandalum dicitur a tribus generibus sandalorum, quæ ponuntur in eis.
 Theodorico, dicitur à Deo datum. Emperiston. i. bene expertum.
 Theodoricon Anacardinum, theodoricon dicitur à Deo datum.
 Anacardinum ab anacardis, qui in eo reperiuntur.
 Trochisci, diarthodæ, trochisci, id est rotunda confectio.
 Diarthodon, id est de rosas.
 Trochisci hedychroi sic dicti à compositionis colore.
 Trochisci croci a croco.
 Trochisci scillitici, a scilla.
 Trochisci à thyro serpente.
 Trochisci diacoralli, a corallis.
 Trochisci camphorati, a camphora dicti.
 Reliquæ species trochiscorum Nicolai clare sunt, & non indigent expositione.
 Vomitus Nicolai. i. vomitivum a Nicolao compositum.
 Unguentum Martiaton, à Martione medico inventum.
 Unguentum citrinum dicitur, quia in pomo citri decoquitur.
 Unguentum populeon, quia fit de oculis arboris, quæ populus nominatur, & fit in tempore Veris.
 Unguentum aragon. i. adiutorium.

Unguentum

Nota.
 Ego vero
 theriacas
 minor ab
 effectu
 the diuina
 putarem.

Nota.

Vnguentum agrippæ dicitur, eo, quia rex Agrippa iudeo-
rum utebatur eo.
Vnguentum calistion dialthæa id est calefactionem, cali-
stion. i. mollificationem. Dialthæa dicitur a duabus spe-
ciebus radicū euiscei, vel althææ, quæ in id ingrediuntur.
Vnguentum aureum, dictum est per excellentiam, quia
sicut aurum est preciosum inter metalla, sic vnguen-
tum istud inter cætera vnguenta.
Vnguentum laxatiuum, quia vinctio ex eo laxat, sicut
medicina laxatiua.
Vnguentum fuscum, id est nigrum.
Vnguentum album, a cerua alba, quæ ingreditur.
Vnguentum viride, dictum est à viridi colore gris, quod
in id ingreditur.
Zingiber conditum, id est zingiber viride conditum.
Notandum est vltius, qd non est mirandum, si hic non
sunt collecta omnia electaria, & pilula, ac syrupi, tro-
chisci, confectiones, & etiam aliqua plura, quæ ponit
Nicolaus; quia in aliquibus antidotarijs reperiuntur, &
in aliquibus pauciora, sufficit ergo, qd hic sunt famo-
siora, & vtiliora.

TERTIA PARTICVLA de dosibus, & pōderibus, ac de eorum nominibus, & differentijs, &c.



Respondeat modo de dosibus, & ponderi-
bus, ac etiam de eorum nominibus,
& differentijs diligentissime pertra-
ctare secundum communem vsum
modernorum, quia multa reperiun-
tur, quæ sunt antiqua, & spernenda,
quæ non sunt in vfu.

Dist. quid. Si ergo aliquis doctus medicus examinauerit aroma-
tarium inquirendo quid sit dosis? Respondeat sic. Dico,
qd dosis est limitata mensura, vel pondus alicuius rei me-
dicinalis simplicis, vel compositæ, specierum, aut herba-
rum, sem. vel radicū electariorum, pilularum, vnguen-
torū, &c. Vel melius sic diffinitur. Dos is est limitata mē-
sura, vel quantitas simplicis, vel compositæ medicinæ so-
lutiue, vel alteratiue, quæ de se apta nata est facere suffi-
cientem operationem, & non diminutam, neque super-
fluam. Et notanter dicit de se, quia ratione corporis, vel
humoris, quandoque potest facere superfluam, vel dimi-
nutam operationem.

Ana quid. Quid intelligitur, qn in receptis ponit ana? Dico, qd
ana est dictio græca, & tm importat quantum æqualiter.

Nota hec. Quid est, qd in antidotario Nicolai in aliquibus dispē-
sationibus electariorum, vel confectionum, &c dicitur
medietas eius est lib. ij. vel medietas eius est lib. semis?
qualiter hoc intelligitur?

Dico, quod reperiuntur duo antidotaria Nicolai, scilicet
magnum, & dicitur Nicolaus magnus, & paruum,
& dicitur Nicolaus paruus, & isto vtimur communiter.
Vnde nota vltius, quod in Nicolao magno sunt descri-
ptiones electariorum, vel confectionum, & aliorum. In
Nicolao paruo sunt dimidiata in dosi, & minorata, & ali-
quando secundum tertiam partem dispensata. Et ideo
dicitur aliquando in Nicolao paruo medietas electarij
descripti in antidotario Nicolai maioris est li. ij. Ex quo
sequitur, quod descriptio integra eiusdem electarij in Ni-
colao maiori est lib. 4. & sic de alijs dicitur, & licet hæc
responsio communiter assignetur à multis, mihi tamen
minime placet, quia est sine ratione.

Nota etiam, qd in Nicolao maiori, multo plura antido-
ta, & electaria, pilula, & confectiones, &c. ponuntur, quā
in Nicolao minori, illa tamen, quæ sunt in Nicolao mi-
nori, sunt etiam in Nicolao maiori, & secundum maio-
rem dosim, & non e conuerso.

Primo ergo queritur, quot sunt pondera vsualia, &
nomina eorum, quæ aromatarij tenentur scire, & quibus
medici, & aromatarij quotidie vtuntur?

Dico, qd pondera, vel mensuræ, quæ in arte medicinali
reperiuntur, hæc sunt, quæ subtili ingenio, & solerti flu-
dio, ac summa ordinauimus diligentia ad opus aromata-
riorum, & doctrinam omnium in arte medicinali stude-
re volentium, vt his ponderibus omnes medicinæ tam
simplices, quàm compositæ, valeant ponderari.

Incipiamus itaq; a scrupulo, cuius hæc est figura. 3.
ascendendo vsq; ad libram, quæ ex 12. vnc. integratur.
Sed ante videamus de granis ex quibus scrupuli, &
drachmæ, & alia pondera integrantur. Vnde si querat,
quare pondera medicinalia sunt per grana frumenti col-
lecta, & mensurata ab ipsis medicis? Dico, qd ideo factū
est, ne forte per pondera artificialia a interdum medici, &
aromatarij decipiantur. Et ideo tutius, & securius fuit
fundamentum, & stabilitatem habere ex aliqua re natu-
rali, sicut est triticum, seu frumentum, mensurando cum
perfecto tritico omnia pondera, scilicet Scrupulum,
Drachmam, Vnciam, Libram, & consimilia, quia sic fa-
ciendo, si omnia pondera artificialia ex plumbo, vel ex
ære, vel ex alio metallo facta perderentur, vel si in aliquo
deficerent, tūc possemus per grana tritici, quæ sunt natu-
ralia, ipsa artificialia pondera mensurare, ac remouere, &
de nouo fabricare, & æquare.

Nota etiam, qd grana tritici sunt secundum diuersas
provincias maiora, vel minora, seu crassa, vel minuta.
Medici autem, & aromatarij pro faciendis ponderibus
debent eligere mediocria, & ex illis facere pondera de
plumbo, aut de stanno, vel alio metallo.

Si queratur quid est Scrupulus? & quot scrupuli fa-
ciunt vnam drachmā? Dico ad propositum redeundo, qd
scrupulus est tertia pars drachmæ, & est pondus xx. gra-
norum tritici.

Quid est Drachma? Dico, qd tres scrupuli faciunt
vnam drachmam, & sic ipsa drachma est pondus sexa-
ginta granorū tritici, cuius drachmæ hæc est figura. 3.

Quid est Exagium? exagium est pondus vnius dra. cū
dimidia, & sic est xc. granorum tritici. Et dicitur ab ex,
quod sex, & gios. mensura, quia sex exagia faciunt, &
mensurant vnam vnciam.

Quid est Solidum? quod differt solo nomine ab exa-
gio, & quod tantum valet, quantum exagium.

Quid est Aureus? aureus est pondus vnius drachmæ
cum dimidia; & est idem cum exagio, & solido.

Item sex exagia faciunt vnam vnciam.

Quot dr. faciūt vna vnciā? Dico, qd ix. dr. faciūt vnam
vnciā; & hoc fm Salernitanos, aliter ē faciūt Paduanj

Doctores, qd faciūt vna vnciā ex octo drachmis: Neapo-
litani vero faciūt vna vnciā ex decē drachmis. Cōter rā
tenetur, quod vncia cōstat ex ix. drachmis. Vncia aut sic
figuratur. 5. Et sic, vnc. paduana est minor. vnc. salerni-
tana, qd illa est ex 8. dr. et ista est ex ix. drachmis, et vnc.
qd est ex ix. drachmis, est minor illa, qd est ex x. drachmis.

Queritur ex quot granis constat vnc. tenendo igitur
vt cōmuniter tenetur, qd vnc. j. constat ex ix. drachmis,
& quælibet drachma constat ex sexaginta granis, sequi-
tur, quod vnc. constat ex 450. granis.

Quid est libra? & ex quot vncijs constat libra vna? Libra
constat ex 12. vnc. & cxvij. dr. faciunt vnam libram.

Et si queratur, quot grana faciunt vnam librā? Dico,
quod f. 480. faciunt, & integrant vnam libram.

Quid est Sextariū medicinale? sextarium medicinale
est pondus duarum librarum cum dimidia, vnde quan-
do reperitur in receptis medicinale sextariū vini, vel olei,
vel aceti, quod intrat in medicinas, intelligitur lib. ij. s.

Quid est Coryla? similiter coryla solo nomine differt
à sextario, quia est pondus lib. 2. s. sicut est sextarium.

Sed aliqui faciunt differentiam inter corylam, & coru-
lam, quia cotula est pondus lib. 2. s. vt dictum est, sed co-
ryla est pondus nouem vnciarum.

Quid est Obolus? est pondus medij scrupuli, vel se-
cundum alios est quinta pars vnius drachmæ.

Quid est Kist? est pondus vnius libræ cum dimidia.

Kifat est grana quatuor.

Quid est Hemina? est pōdus vnius li. & vnciarū triū.

Quid

Calculus. Quid est calculus? est pondus duorum granorum ciceris, & quarta pars oboli, unde 4. calculi faciunt vnum obolum, & duo oboli faciunt scrupulum.

Granum. Quid intelligitur per grana? Quando reperitur in receptis grana. 2. vel grana. v. Dico, q. intelliguntur grana tritici, nisi aliter exponeretur per medicum dispensantem ipsam receptam, verbi gratia, si diceretur grana. v. hordei.

Manipulus. Quid intelligitur per manipulum in receptis? intelligitur quantum potest manu capi. verbi gratia dicendo. Reci. chamemeli. M. j. intelligitur, quantum potest manu capi.

Pugillus. Quid est pugillus? intelligitur quantum potest cum pugillo stricto capi.

Quid est faril? est pondus duorum sextariorum.

Quid est Kirat? est pondus trium granorum.

Quid est ramich? est pondus sex Kirat.

Quid est carmest? est pondus vnius grani hordei.

Quid est danich? est pondus sex granorum hordei, & secundum alios est pondus trium granorum hordei.

Quid est sacrarati? est pondus vnius aurei cum dimidio.

Quid est anulasach? est pondus confimile illi secundum aliquos; sed ego non credo, quia aliter reperi.

Quid est arsinum? est pondus. dr. s.

Quid est decamech? est pondus. dr. j.

Quid est darchiminum? est pondus. drac. s.

Quid est bastath? est pondus nouem granorum.

Siliqua est pondus quatuor granorum hordei.

Quid est raficij? est pondus. scrup. j. s.

Versus.

Audi letando quid dicam versificando.
Collige triticeis medicinarum pondera granis.
Grana quater quinque scrupuli pro pondere sume.
In drachmam scrupulus ter surgit multiplicatus.
Si solidum quæris, tres drachmas dimidiabis.
Exagium solido differt in nomine solo.
Aureus exagio, solidoque parificatur.
Constat sex solidis, vel ter tribus, vncia drachmis,
Vncia pars lib. duodena quis ambiget inde?
Si quæris pondus, quot habet sextarius vnus.
Librarum quinque pondus debes dimidiare.
Coryla sextario differt in nomine solo.
Continet heminas sextarius, ut puta binas.
Vt fertur obolus semicrupulus esse probatur.
Cætera mensuræ, non sint tibi nomina curæ.
Nam quia sunt * ficta fordescent suntque relicta.
Non eris illusus, si tenes, quod tenet vnus.

QUARTA PARTICULA de modo conficiendi omnia necessaria in qualibet aromataria.

Dicendum est deinceps, ut aromatarij sint bene docti, & experti in conficiendo cōfectiones, & electaria quo species sint ponende pro qualibet lib. mellis, vel zucchini, & quanta cera pro qualibet libra olei in vnguentis. Et etiam dicendum est aliquid de syrupis iulep, sacculis cordialibus, & emplastris, conferuis, cerotarijs. Et quare cera est ponenda. Et de commistione aquarum cum syrupis, & de quantitate decoctionis in clysteribus.

Quæritur quot species sunt ponendæ pro li. qualibet mellis. Dico, q. in quibuscunque electarijs de mellis cōpositione, vel alterius liquidæ cōfectionis ex melle, regula est, q. pro quacunque libra mellis ponantur. vnc. 2. specierum, sed aliqui ponunt interdum pro quacunque libra mellis. vnc. 3. specierum, & hoc forte habet veritatem in laxatijs, & tempore hyemali, quia in hyeme ponuntur plures species, quam in æstate.

Quæritur quot species ponuntur pro libra zucchini in solida cōfectione. Dico, q. in solida cōfectione de

zuccharo ponuntur drac. 6. vel 7. ad plus specierum pro vna libra zucchini, sed in cōfectionibus solidis cordialibus, sufficit vnc. s. specierum pro vna lib. zucchini, quia multitudo specierum destruit aliquando saporem cōfectionis, & gustum infirmi, vel etiam stomachum. sani hominis nauseat.

Nota, quod sunt aliquæ cōfectiones zucchini, in quibus ponuntur. vnc. 3. specierum, ut in diaphanicone, & in diaphyrione.

Quæritur de syrupis quantum mellis, vel zucchini ponitur pro lib. aquæ, vel decoctionis. Dico, quod in cōpositione syruporum in quacunque lib. aquæ, vel decoctionis ponitur lib. * mellis, vel zucchini.

Quæritur similiter de iulep quantum de zuccharo debet poni pro quacunque lib. liquoris. Dico, q. in cōpositione iulep in quacunque lib. liquoris vnc. 8. zucch. vel vnc. 6. & aliquando, vnc. v. aliquando, vnc. 4. secundum, quod magis dulce, aut minus dulce vult facere.

Et reperitur iulep longū, id est aquosum modice decoctionis, sed nō diu durat. Aliud est iulep dēsum, & magis compactum, quia magis coctum, & tale diutius durat.

Quæritur quot species debent poni in sacculis cordialibus, qui fiunt de sindone, de grana, vel de scarlato, ponitur communiter, vnc. i. vel vnc. s. ad plus. In exterius applicandis, ut emplastris, & sacculis, semper herba limitantur, & dosantur per manipulos.

Quæritur quomodo fiunt conferuæ rosatæ, diaboraginatæ, vel violatæ. Si velis bonam conuersam facere, debes ponere lib. i. zucchini pro * dimidia lib. rosarum, vel aliorum florum, pistando rosas rubeas electas cum zuccharo simul in mortario, vel violas, aut alios flores, deinde prædicta cōferua ad Solē tenenda est diebus pluribus.

Quæritur quot species debent poni in cerotarijs. Dico, quod in cerotarijs mediocribus semper ponuntur. 3. vel 4. dra. specierum, & quodlibet ceratum, si est magnū, debet esse 3. vnc. si mediocre. ij. vnc. si parum. i. vn.

Quæritur quanta cera debet poni pro lib. olei in vnguentis. Dico, quod in cōpositione vnguentorum, pro vnc. ij. olei ponitur communiter. vnc. s. ceræ, unde pro lib. i. olei ponuntur, vnc. 3. ceræ.

De speciebus, vel de pulueribus in vnguentis ponimus secundum opportunitatem, vel secundum, quod volumus facere vnguentum durum, vel molle.

Quæritur de pulueribus quantum debemus dare de pulueribus in potu. de pulueribus absolute drach. i. s. vel dr. ij. & alij dra. s. cum vino, aut cum aliqua decoctione appropriata, vel cum aqua destillata, & plus, & minus secundum ætatem, & virtutem ægri, & secundum, quod pulvis est solutius.

Si quis quæreret, quare syrupi dantur cum aquis, vel cum decoctionibus simul commistis. De syrupis. Dico, quod non dantur communiter sine aquis, vel sine decoctionibus appropriatis, quia syrupi commisti cum aquis efficiuntur magis liquidi, & etiam melius penetrant ad membra, & possunt melius transglutiri.

Sed nota vterius, quod melius est ponere plus de syrupis, & minus de aqua, quam e contrario, quia maiorem moram trahunt in stomacho, & hepate, & sic melius digerunt materiam peccantem, quam si plus de aqua poneretur, quia cum multa aqua, vel cum mala decoctione sunt liquidiores, & citius transeunt a stomacho, & hepate, unde debemus tantam aquam ponere, quanta sufficiat ad transglutendum syrupum.

Sed aduerte, quod si vuleris aliquem syrupum iulepizare, vel clarificare, tunc debes ponere de aqua magis, & minus de syrupis.

Nota, quod longe melius operantur syrupi turbidi, id est non clarificati, quam iulepizari, sed aliquando ad cōplacentiam ægrorum, ut syrupi pulchriores appareant, necesse est eos clarificare, & iulepizare.

Nota vterius, quod de syrupis secundum communē practicam exhibemus. vnc. i. s. tantundem de aquis, vel ad plus, vnc. ij. de aquis, vel loco aquarum decoctionis simul commiscendo cum syrupo.

Quæri-

Quæritur de clysteribus, quanta quantitas decoctionis debet administrari, & quanta quantitas olei, & quanta quantitas casia, vel hieræ picæ, vel benedictæ, & aliorum electariorum. Dico de mensura decoctionis administrandæ in clysteribus est quantitas vnius lib. cum dimidia, scilicet 18. vnc. & salis. * vnc. j. & hieræ picæ, & benedictæ secundum opportunitatem, & ætatē, ac virtutē, quia aliquando ponimus vnc. j. aliquando vnc. s. &c. Et hoc totum intellige secundum magis, & minus, & secundum ætatē, & complexionem. Quia in viris, & mulieribus fortis complexionis, prædicta quantitas decoctionis, salis, & olei, & aliorum, est conueniens quantitas. Sed pueris, & debilibus, ac delicatis debet esse minor quantitas, scilicet subdupla, quia medietas sufficit, in infantibus vero sufficit quantitas vnius cyathi in clysteribus eorum, &c. Et omnia fiant secundum prudentiam, & discretionem peritissimorum doctorū medicorum; quia sola discretio facit medicum, secundo colligit Auer.

QVINTA PARTICVLA de colligendis herbis, floribus, seminibus, & radicibus, &c.



In quærat quo tempore sunt colligendi ab aromatijs flores herbarum, semina, ac radices; & ubi sunt exiccandi, & quo tempore sunt aquæ destillandæ. Dico quod in Vere, scilicet in mense Aprilis, & Maij, sunt primo herbe, secundo flores colligendi.

Semina vero sunt colligenda in æstate, scilicet Iunij mense, vel Iulij, quia tunc sunt completa.

Radices vero in autumno sunt colligendæ, quia tunc folia, & semina ceciderunt, vel sunt exiccata; & tunc tota virtus herbarum est reposita in radicibus.

Dico vltius, quod herbe sunt exiccandæ ad vmbra. Semina vero ad lentum Solem.

De radicibus vero distingue, quia quædā sunt ad Solem exiccandæ, sicut sunt radices magnæ, valde crassæ, quia densæ substantiæ, vt radix bryoniæ, rheupon. aristol. gentianæ, mandrag. & sic de cõsimilibus. Sed radix ireos petroselinij, apij, feni. garyophyl. asari, & cõsimilium, quæ sunt rarioris substantiæ, debent ad vmbra exiccari; & omnia prædicta, scilicet herbe, flores, semi. & radices, nunquam sunt apponenda, nisi sint debito modo, & congruo tempore exiccata, alioqui putrescent.

Et cauendum est, ne reponatur ad fumum, vel ad Solem, aut in loco humido, vel puluerulento, quoniam putrescerent, & virtutem amitterent, debentque conseruari dictæ herbe in sacculis de lino. Semina vero, ac flores, & radices, in scatulis, quod omnes seorsum, & sigillatim de per se conseruentur.

Alia doctrina.

Notandum est vltius secundum doctrinam Rainaldi de villanoua in quodam suo lib. de simplicibus, quod ad hoc, vt ipse herbe, ac flores, radices, & semina habeant singularem virtutem, & proprietatem ad morbos sunt colligenda secundum diuersa signa zodiaci. Quædam enim sunt mobilia, scilicet quatuor, vt aries, cancer, libra, capricornus, & in istis signis mobilibus colligendæ sunt herbe, succi, semina, ac radices laxatiuæ, quia scilicet, & citius operabuntur. verbi gratia.

De herbis, vt mezereon, fena, laureola.

De seminibus, vt semen cattami, semen laureolæ.

De succis, vt scāmonea, succus ireos, & cu. syluestris.

De radicibus, vt turbit, esula, rheubarbarum, & cõsimilia.

Quædam vero alia signa, scilicet alia quatuor, sunt stabilia, seu fixa, scilicet taurus, leo, scorpio, & aquarius. Et in istis ignis sunt colligendæ herbe, succi, radices, & semina styptica, & cõstrictiua, quia sic melius operabuntur contra fluxum, & contra dysenteriam, & vomitum. v. g.

A De herbis, vt plantago, myrtus, filices, De succis, vt succus cytoniorum, acacia, succus myrtillorum.

De radicibus, vt radices filicum.

De seminibus stypticis, coriandrum, semen myrti, & semen rosæ, &c.

De fructibus, vt forbæ, cytonia, granata, pyra, mespila, sumach, galla.

Quædam vero alia signa zodiaci, scilicet reliqua quatuor sunt mediocria, scilicet, neque stabilia, neque mobilia, sed media, scilicet Virgo, Sagittarius, Gemini, & Pisces, in quibus colligendæ sunt herbe, radices, semina, quæ nec sunt solutiua, nec styptica, vt sceniculum, apium, abrotanum, artemisia, mentha, & eorum semina.

Alia doctrina. De conditionibus in medicinarum collectione considerandis.

ET quia ista doctrina est nimis speculatiua pro aromatijs, ideo dimittatur peritissimis doctoribus medicis, qui tenentur habere notitiam astrologiæ, alioquin male curabunt agros, oportet, quod colligantur in tempore sereno, claro, & non ventoso, & oportet, quod non colligantur nisi in fine bonitatis, & maturitatis earum in suo tempore, non quando sunt vetustæ, & consumptæ propter aliquam infirmitatem earum.

Et herbe, quæ colliguntur in terris montuosis duris sunt fortioris virtutis, quam quæ colliguntur in vallibus, & terra pingui, & in viridarijs, & hortis.

Et oportet, q. eligas ex herbis, quæ sunt plus ramosæ, & quæ sunt completæ, cum seminibus suis, sicut debent esse, sicut stæchas, mentastrum, mesir. i. dictamus, & asach. i. tribulus marinus, & hyssopus, & similia.

Et flores oportet colligi antequam cadant, vt flores al. cānæ, tornetille, violæ, sambuci. i. hyenfemini, & similia.

Sed tēpus colligendi fructus, est qñ sunt boni, maturi, sicut vux, & ficus, dactyli, pyra, poma, pruna, & similia.

Et semina oportet colligi qñ incipiunt exiccari, & cadere, & antequam cadat super ea aqua, quæ illa destruat.

Et tempus colligendi radices, & ramulos, & cortices, est qñ incipiunt cadere folia eorum, oportet, quod succi plantarum ex folijs, & ramis earum exprimantur, dum sunt adhuc teneræ, sicut memithe, & gasir, & est semperuiua, succus hypocistidos, & absynthij, & similia. Et oportet, qd vulneretur planta, seu arbor, quando volueris accipere lac eius, vel lachrymam, donec planta viget adhuc in terra, & non postquam sit euulsā, sicut cum volueris facere opium, euphorbium, & similia.

Generaliter scire debes, quod radices, & folia, & rami, debent exiccari postquam sint abluta cum aqua, à terra, & fordibus earum, & quod siccentur in loco vmbra, vbi non sit humiditas. Et oportet, quod reponas flores herbarum medicinalium in capsis de ligno. Et similitur herbas stypticas, & radices. Semina vero seruentur in sacculis in corio ad meliorem conseruationem secundum Diosco.

Alia doctrina.

Quia præfata doctrina pro aromatijs, & præcipue rudibus, est æqualiter confusa. Ideo si quis interrogaret in quibus mensibus particulariter, & sigillatim sunt colligendæ herbe, flores, semina, & radices. Respondeo, q. in mense Martij. Quia à medietate ipsius, principiu est Veris, & terra incipit germinare, & vestire se herbis, & floribus, q. fuit nuda in hyeme, pp. vêtos, niues & frigora.

Collige ergo prædicto mense violas, & fac de eis trochis. diani, id est de violis, & syrupum violatum, & oleū violatum. Et si poteris ex eis succum facere, conserua ipsum, & potes etiam violas destillare, & aquam vsui conseruare. Exiccabis etiam ex eis ad vmbra eodem tempore, & reserua eas.

Collige eodem mense fumum terræ, & fac ex eo syrupum maiorem, & minorem, & ex eo succum extrahe, & reserua, licet etiam possit in principio Aprilis omnia prædicta ex fumo terræ facere. Item in isto mense incipit colligi mastix, vsque ad finem mensis Aprilis.

Collige scillam secundum artem, & fac acetum scilliticum, & Iohoc de scilla, & oxymel scilliticum.

Mesua.

KKK

DE

DE MENSE APRILIS.

Collige euphrasiam, & destilla eam, & etiam siccam referua, quia pro oculis optima est.

Collige flores boraginis, & buglossæ, & fac conferuas ex eis, & desicca ex eis, & referua, & destilla, & fac aquam boraginis, & buglossæ.

Collige oculos populi, & fac vnguentum populeon, quod est optimum ad somnum prouocandum in febribus, & in phrenesi.

Collige mentam, maioranam, citrariam, iuam maiorem, asparagos, & referua.

Collige flores, & fac oleum irinum.

Collige melilotum, & fac euplastrum de meliloto.

Collige flores rorismarini, & fac dianthos, & conferuas cum zucchero, & ex eis sicca, & vni referua, & fac oleum ex eis, si volueris.

Collige etiam scolopendriam, betonicam, & capillos veneris, & destilla ex eis, & etiam desicca, & referua.

Collige etiam cheyri, id est violas citrinas, & fac ex eis oleum, quod dicitur, oleum de cheyri.

Collige bursam pastoris, & destilla, & exicca ex ea, & collige cretanos, & destilla.

De Mense Maij. Collige rosas rubeas, & destilla ipsas recentes, & fac aquam rosatam, & purifica ad Solem, & extrahe succum eius, & vsui referua, & fac ex eis conferuam rosatam, & rhodolaccharam, id est zuecharum rosatum, rhodomel, oleum rosatum bonum secundum artem.

Pro quo nota, quod dupliciter potest fieri oleum rosatum. Primo ex rosis incompletis, & ex oleo omphacino, & tale oleum est magis stypticum, & confortarium, & frigidum. Secundo potest fieri oleum rosatum ex oleo oliuarum maturarum, & tale oleum est magis anodynum, & doloris sedatiuum, & non est adeo frigidum, sicut primum, & exicca ex eis, & vsui referua, & referua etiam bottos earum id est ipsas rosiculas incompletas ante apertionem, quia sunt stypticiores, & cordialiores; & fac etiam ex eis trochiscos diarhodon.

Collige etiam eodem mense papauer album, & rubeum, & nigrum, & vsui referua, & fac opium eodem mense, & fac hypocystidem.

Collige chamemelum, & fac eius oleum, & sicca flores eius, & referua.

Collige autem flores genistæ, & fac ex eis mel genistatum, bonum pro scrophulis, & fac etiam ex eis aquam destillatam pro arenulis.

Collige flores maluæ, & fac ex eius mel maluatum bonum pro asthma, & tussi.

Collige anethum, & fac oleum, & collige capita hyoscyami, & sicca.

Collige semen bursæ pastoris, & referua.

Collige saluiam, & destilla, & desicca ex ea, & vsui referua.

Collige etiam hermodactylos secundum quosdam, sed ego puto, quod melius colligantur Mense Augusti. Et collige gummi hederæ, &c. colligitur etiam manna in isto mense, tam in Oriente, quam in Calabria, quia tunc ros ille preciosius de cælo cadit.

De Mense Iunij. Collige omnes herbas seruandas, vt cedron, organum, pulegium, storchadem, polium, celticam, abrotanum, absinthium, prassium, seu marrubiū, eupatorium, hypericon, chamædryon, chamæpityn, saturiam, rosmarinum, centauream maiorem, & minorem, artemisiā, agrimoniam, pentaphyllum, millefolium, betonicam, thymum, epithymum, hyssopum, & omnes alias herbas vsuales, quarum neque semine, neque radices sunt in vsu.

Collige etiam balauftias, & referua. Fit etiam aloë in fine huius Mensis ex succis herbæ zambanæ. fit etiam succas liquiritiæ ex radicibus eius, & vsui referuerit, sed radices eius Mense Augusti colliguntur, exiccantur & referuantur.

Collige cyminum, anisum. In isto etiam mense colligitur thus, vernix, ammoniacum, opopanax, sed aliqui dicunt, quod colligantur de mense Maij. In isto etiam

E mense fit scammonia, & est succus in spissatus cuiusdam speciei volubilis, vel cuiusdam speciei tithymalli.

De Mense Iulij. Collige semen laureolæ, & fac electarium ex lacte anabulæ.

Collige succum cucumeris agrestis, & referua, & fac inde pilulas ad hydropisim.

Collige coriandrum, semen scænugetici, semen genistæ, semen staphilagriæ, semen macedonici, semen petroselinii, apij, rutæ, semen hyoscyami, grana solis, semen sinapis, vrticæ, erucæ, semen amoglossæ, id est plantaginis. Semina quatuor minora frigida, scilicet scariolæ, endiuia, lactuca, & portulacæ; & semina quatuor maiora frigida, scilicet anguriæ, citruli, melonis, & cucurbitæ.

Collige etiam semen leuistici, & semen cicutæ, & pastinacæ syluestris, carui, fac etiam acaciam in fine huius mensis ex succo prunellorum syluestrium, & ad Solem desicca.

Collige etiam antheram in fine prædicti mensis, vel in fine Augusti.

Collige etiam seselim, id est semen fileris montani, & semen nastureij, & pigani, id est semen rutæ.

Mense Augusti. Collige radices saxifragiæ, & radices liquiritiæ, radices acori, & radices cyperi, galangæ, radices mandragoræ, radices bryoniæ, radices brusci, radices theupon. casia lignæ, radices pyrethri.

Collige radices dictami, & tormentillæ, & radices fabæ inuersæ, id est solatri maioris.

Collige radices gentianæ, radices esulæ, & aristolochiæ longæ, & rotundæ, & radices cucumæ. & collige radices enulæ, radices trium consolidarum, radices phu, id est valerianæ, radices meu, & radices garyophyllatæ, radices suchahæ, & bedeguar, radices apij, petroselinii, sceniculi, brusci, asparagi, ireos, &c.

Collige etiam in isto mense semen, & radices pæoniæ, in isto etiam mense fit vilcus, & fit etiam terebinthina de granis viridibus.

Mense Septembri. Collige agnum castum, id est eius semen, & radices capparorum, ac vtriusque ellebori albi scilicet, & nigri.

Collige radices penicidani.

Collige linguam ceruinam, id est scolopendriam. Et collige cetrach, capillos veneris.

Collige etiam flores, & semen fœniculi, & exicca, quia tunc perfectum est semen eius.

Mense Octobris. Collige philipendulam, centaureā, absinthium, & cyclamen.

Mense Nouembri. Collige linguam cedri, & secundum aliquos collige esulam, & mezereon.

Mense Decembri. Collige baccas lauri, & fac oleum laurinum, & oleum de lentisco, & collige fructus iuniperi, & poma mandragoræ.

Mense Ianuarij. Collige fructus brusci, & radices eryngiorum, & confice eas, & cortices citri, confice, & serua.

Mense Februarij. Collige cymbarias, hepaticas, pulmonarias. Et incipe colligere violas vsque ad mensem Martij inclusiue, vt supradixi.

Nota vltius, quod omnes aquæ destillatæ, quæ fiunt ex herbis, debent fieri in Vere, scilicet à medietate Martij vsque ad totum mensem Maij inclusiue, & postquam factæ fuerint, debent stare ad Solem saltem diebus 15. vt purificentur à fumo.

Sed si vis, vt nullo modo sapiant de fumo, destilla eas in duplici vase, s. ponendo alembicum in balneo mariæ.

Si cupiunt rudes aromatarij esse docti de infinitis fere præparationibus multarum simplicium medicinarum mineralium, & non mineralium, vsualium, & non vsualium, ut puta de ablutionibus, combustionibus, affusionibus, purificationibus, præparationibus specierum salis, & decoctionibus, & extractionibus succorum, & quasi de infinitis rebus huiusmodi, recurrant ad librum Seruitoris, qui liber est eis valde necessarius. vnde sæpe studeant, & legant in eo cum bona intelligentia, quia in eo infinita reperient, ex quibus non solum vtilitatem, sed honorem cum gloria reportabunt.

Sexta

SEXTA PARTICULA DE A conseruatione medicinarum simplicium, & compositarum.



Odo discurrendum est; & breuiter loquendum de conseruatione tam simplicium, quam compositarum medicinarum, & licet Serap. in cap. 34. antidotarij sui ponat stabilitatem, & tempus durationis quarundam medicinarum compositarum, de simplicibus tamen nullam fecit mentionem. Ergo itaque decreui ad clariorem aromatariorum notitiam. Primo vniuersalem quandam doctrinam hic tradere in perduratiōe, & conseruatione medicinarum, tam simplicium quam compositarum. Deinde specialiore doctrinam faciam de prædictis, quia particulariter quasdam earum tantum, sub compendio notificando, vt saltem ex hac doctrina instituatur aromatarij medicinas veteres, ac resolutas abijcere, vt docti medici, & famosissimi doctores ex hac fidelitate aromatariorum vtilitatem consequi valeant, & honorem.

In primis igitur debet quilibet aromatarius sibi locū aptum eligere, in quo apothecam aptissimam ad res medicinales conseruandas tenere valeat, ita, quod sit à ventis, & à Sole defensa, & quod non sit humida, nec fumosa, aut puluerulenta. quia prædicta omnia habent tam simplices, quam compositas medicinas corrumpere, aut alterare.

Incipiamus ergo cum Dei gratia à floribus, herbis, seminibus, & radicibus. Pro quo notandū est, quod quanto aliqua res simplicior fuerit, & rarioris substantiæ, tanto minori tempore conseruatur, quia est magis apta resolutioni; vt à contrarijs alterantibus resoluatur, & præcipue si longo tempore teneatur. Quia secundum Philosophum, tempus est causa corruptionis omnium, quia omnia senescunt in tempore. Et quia flores herbarum sunt rariiores, & subtilioris substantiæ quam herbarum, ideo minori tempore conseruantur; & ideo vsq; ad annū conseruantur, & non vltra; quia in capite anni renouari debent, abijciendo veteres, & reponendo nouos, exiccando eos prius ad vmbra, vt sunt violæ, rosæ, flores boraginis, & buglossæ, & meliori, flores anthos, id est rorismarini. Cōsimiliter herbarum, licet possint magis conseruari, quam flores, tutius tamen est, vt singulis annis renouentur.

De seminibus vero dico vsque ad duos annos conseruantur, præter minuta semina frigida, quæ debent quolibet anno renouari. & similiter ex fructibus pineæ, & ficifici renouentur de anno in annum, & amygdalæ cum auellanis, prunis, ficibus, sebesten, & dactylis.

De radicibus distinguendum est, quoniam quædam sunt subtiles, & raræ substantiæ, vt radices valerianæ, & petroselinæ, apij, garyophyllatæ, baccaræ, saxifragiæ, dictami, tormentillæ, hermodactylorum, & cōsimilium, & isto modo quolibet anno renouantur. Aliæ sunt crassæ, & densæ substantiæ, vt rheuponticū, & radices bryoniæ, peucedani, meu, aristolochiæ, & istæ conseruantur per duos, & tres annos.

DE CONSERVATIONE, ET perdurate solutiūorum simplicium secundum ordinem Mesue.

Et primo de Aloe.



I ergo queratur quanto tempore durat Aloe. Dico, quod potest conseruari, vsque ad x. annos: & caue ne in loco humido teneatur, nec in loco ventoso, neque ad Solem, nec ad fumum, nec prope ignem, quia virtus eius resoluatur. Nota vltimus, quod aloe potest sophisticari, & adulterari, vnde

pro hoc lege Mesuē in cap. proprio de aloe, & ibi repeties conditiones veri aloes, & adulterari. Dosis eius est ab aure. s. vsque ad dra. 2. Et infusionis ab aureo vno vsq; ad dra. 3. Quid autem sit aloe, & quomodo fiat, & ex qua herba, & in qua prouincia, dictum est sufficienter superius in prima particula, cum de ligno aloes mentio facta fuit.

De Myrobalanis.

Dico, quod myrobalanorum quinque sunt species, & secundum opinionem aliquorum ab vna, & eadem arbore producuntur. In diuersis tamen temporibus. vnde citrini durant duobus annis. Emblici vero, & bellirici. 7. annis conseruantur. Chebuli 4. annis. Sed chebuli cōditi x. annis. Indi 7. annis. Vnde citrini minori tempore omniū conseruantur, quia rarioris sunt substantiæ, & ex primo germine producti. Et omnes, qui sumunt myrobalanos, timeant Boream superuenientem, & non comedant pisces.

potio citrinorum est à dra. 2. vsque ad v. Et infusorum à dra. v. vsque ad 28.

Et potio chebulorum tritorum est à dra. 3. vsque ad 4.

Et infusorum à dra. 4. vsque ad xx.

potio indorum est, sicut chebulorum.

potio vero emblicorum tritorum est ab aure. 1. vsque ad 3. Et infusorum ab aure. 3. vsque ad aure. 6.

De Rhabarbaro.

Dico, quod rhabarbarum quando est electum, nō adulteratum, neque exanimatum per annos 4. conseruatur. præseruatur autem à putrefactione, si superliniatur cum cera liquefacta solum, cum modica terebinthina, aut cum cera sola, aut sepeliatur in melle tabarzet. aut si sepeliatur, si inuoluatur in milio, aut cū semine psyllij. Nota, quod rhabarbarum, potest adulterari, vnde lege Mesue in cap. proprio de rhabarbaro, & ibi discas cognoscere verum rhabarbarum à falso.

potio eius infusi in eo est à dra. ij. s. vsque ad x. Et potio contriti est dra. i. vsque ad 4.

De Cassia fistula.

Dico, quod cassia fistula conseruatur per annum, & in loco humido, non tamen excessiue. Melior autem cassia fistula est illa, quæ grauis in pondere, & pinguis in substantia ac lucens, & nigra in colore, & crassa in cannulis, ac dulcis in sapore.

Nota tamen, quod aliquantulum lædit stomachum, & mouet in ventre tortiones.

De Tamarindis.

Dico, quod tamarindi sunt dactyli acetosi, & sunt ex fructibus palmarum syluestrium, & sunt ex medicinis nobilibus, non excedentes in operatione, & conseruantur per annos 3. Et cauendum est, ne aqua, aut alia res mollis, & humida cadat super eos, quia putrescerent. Modus autem conseruandi eos est, vt eos bene strictos, & calcatos in vase vitreo obturato reponas in loco recenti, & sic ipsum vas teneas. potio enim eorum est ab vno. ij. vsque ad v.

Manna.

Manna est ros de cælo cadens super quasdam plantas, cuius materia est vapor, qui eleuatur cum accedit digestio, & maturatio in aere, quando est æqualis, & fecundus in latis aspectibus. vnde aliquando cadit super lapides, & aliquando super arbores. Et cum cadit super arbores suscipit proprietatem, & virtutem ramorum, plantarum, ac foliorum, & florum, super quos cadit. Durat autem, & conseruatur per annum, bene obturato vase. Fumus autem puluis, & pluuia, ac omnis humiditas destruit eam. Falsificatores autem adulterant eam. vnde lege Mesuē, & aliquando fit manna adulterata ex zuccharo albissimo, & amylo simul. Dosis eius à dra. 6. vsque ad 15.

De aqua lactis.

Dico, quod aqua lactis est materia infusionum, & dēt esse recens, boni saporis, & odoris, & non diu teneat, quia cito corrūpitur. Et fit ex lacte iuuenū caprarum, & nigrarū
Mesue. KKK 2 recens.

recenter fetarum, & boni pascui, bonarum herbarum: post hoc est aqua lactis ex lacte ouium; sed caprarum est melior, & efficacior. Dosis eius est ab vnc. 3. vsque ad vncias sex.

De Rosa.

Dico, quod rosa est duarum specierum, scilicet alba, & rubea. vnde alba est magis frigida, & magis styptica quam rubea. Rosa vero rubea est nobilior alba, cuius succus dum est recens, est aequaliter solutius. Et est etiam eius succus calidus in primo gradu propter exclusionem eius a re terrestri, & rosæ rub. exiccaræ, sunt magis styptica, quam recentes, & rosæ rub. incopletæ sunt magis frigida, & magis styptica quam completæ. & semen earum est adhuc fortius in frigiditate, & stypticitate. Conseruantur autem rosæ vsque ad annum, & similiter succus earum vsque ad annum, sed vt melius a putrefactione reseruetur, parum olei fundendum est super eo in phiala, vel in vase, in quo reponitur. deinde obturatur obturatione vltima, ne exhalet virtus eius.

Potio succi rosarum est ab vnc. 1. vsque ad 2. cum zucha. Et potio lytrupi facti cum succo earum est ab vnc. 2. vsque ad 5.

De Violis.

Dico, quod violæ sunt medicina temperata conueniēs, & est ex primis floribus Veris, & debent colligi de mense februarij, quando non inuenitur calor, aut pluuia dissoluens, & dissipans virtutem eius. Frigida est, & humida in primo gradu; quæ vero est sicca est minus frigida, & minus humida. Succus eius est lenitius naturæ. Conseruatur autem sicut succus rosæ. per annum, & similiter violæ sicca conseruantur vsque ad annum, & non vltra; in capite vero anni renouari debent, abijciendo antiquas, reponendo nouas, & potio earum est ab vnc. 2. vsque ad 4. & conditi earum ab vnc. 1. s. vsque ad 3. & iulep earum ab vnc. 3. vsque ad 6.

De Absynthio.

Dico, quod melius absynthium est romanum, & præcipue quod est remotum ab odore, & præsentia maris, quia vapor maris resoluit virtutem, quæ est in superficie foliorum eius. Est aut absynthium cali. in primo gradu, & siccum in secundo. Conseruatur aut per annu. Colligitur autem debet de mense Aprilis, de mane ante ortu Solis, & non in meridie dum Sol reuerberat ipsum, quia tunc a calore Solis virtus superficie foliorum eius aliqua liter est resoluta. Dosis eius decocti, aut infusi potio est a dra. v. vsque ad 8. Et pulueris eius a dr. 2. vsque ad 3.

De Stœchade.

Dico, quod vtilius, & melius est stœchas arabicum, & meliores sunt flores. Calidum est in primo, siccum in secundo gradu; & conseruatur per annum aut 2. ad plus. decoctionis eius potio est a dra. v. vsque ad 6.

De Fumoterra.

Dico, quod fumus terræ est ex medicinis benedictis cuius abundantia minuit eius pretiositatem, & est solutius naturæ. Melior est cuius herba est viridis, & cuius folia sunt plana, & tenera, cuius flos est subuiolaceus. Crispus vero non est bonus. Collectionis tempus melius est in principio Veris, eius vero semen in fine Veris colligitur. De complexionem vero eius aliqui dicunt, quod est frigida complexionis in primo; sed secundum veritatem declinat ad latus caliditatis, & licet caliditas sit in eo minor frigiditate, tamen est superficie dominans, & est sic. in secundo, & semen eius calidum. Inter omnia simplicia mundi non reperitur ei par in mundificando sanguinem, & præcipue si succus eius bibitus fuerit calidus cum zucharo, vel commistus cum aqua lactis. Succus ipsius potio est ab vnc. s. vsque ad 2. Et decoctionis eius ab vnc. 10. vsque ad 15. Et pulueris eius a dr. 3. vsque ad v.

De Eupatorio.

Dico, quod eupatorium secundum Salernitanos est saluia syluestris secundum Serap. est canaparia, non quidem illa, ex qua fit canapa ad modum lini: sed ideo canaparia dicitur, quia ad illius similitudinem producit folia, secundum vero Mesue est herba longitudinis cubiti, a-

maritudinis multa. Folia eius sunt sicut folia centauræ minoris viridia, sed sunt aspera, & incisa, &c. Colligitur in fine Veris, & est melior operatio succi eius, & etiam in Vere. Calid. est in primo, siccum in secundo. Conseruatur autem per annum, tam herba, quam succus eius.

Decoctionis eius potio est ab vnc. 4. vsque ad 6. & pulueris eius a dra. 2. vsque ad 3. Et loco eius ponitur in defectu ipsius absynthij, & asari, ana medium ponderis ipsius.

De Epithymo.

Dico, quod epithymum dicitur quasi supra thymum nascens. Est enim ex herbis super excrecentibus alijs plantis, & quasi est similis cuscuta, & aliquando excrecit super halasce, & aliquando super species origani. Et est duplex hortense, & tyrum. Est complexionis cali. & sic. in secundo. licet Galen. ponat ipsum calid. in tertio. Conseruatur autem per annum, & non vltra. Potio eius in decoctione est a dra. v. vsque ad 11. Et pulueris eius a dra. 3. vsque ad 7. Ille autem, qui fumit, vitet acceptio-

De Hyssopo, quod vocatur hasce.

Dico, quod quidam dicunt, quod est hyssopus hortensis. Alij dicunt, quod est vna ex speciebus origani. Calid. est complexionis, & sic. in secundo gradu, & conseruatur per annum. Dosis eius. decoctionis est a dra. v. vsque ad 10. Et pulueris eius a dr. 2. vsque ad 4.

De Hyssopo montano.

Dico, quod hyssopus est duorum modorum, scilicet hortensis, & montanus. Durat, & conseruatur per annum. Decoctionis eius potio est a dra. 6. vsque ad 10. Et pulueris eius a dra. 5. vsque ad 7.

De Prunis.

Dico, quod prunorum, quædam dantur ad alterandū, & quædam ad soluendum. vnde alba, & citrina ad opus medicinarum non valent. Et ex eis sunt muza, id est medij saporis inter acrem, & dulcem. Et hæc dantur magis ad alterandum sanguinem, & choleram, & cap. humores. Et sunt ex eis dulcia, & hæc dantur magis ad soluendū, sed vtraque, tam muza, quam dulcia alterant, sed muza magis, & vtraque, solutionem leuem faciunt, sed plus, & minus, quia muza minus, & dulcia magis, & humida plus lubricant, quam sicca. Damascena vero, & armena in omnibus illis sunt fortiora, dulcia sunt ferè temperata inter caliditatem, & frigiditatem, sed magis declinant ad frigiditatem: & sunt humida in secundo. Muza vero sunt frigida in principio secundi. & omnia sunt refrigeratiua, nocent stomacho, & sunt pauci nutrimenti. Conseruatur autem per annum. Potio aquæ, id est decoctionis earum est circiter lib. 1. cum zucharo.

De Psyllio.

Dico, quod psyllium est de alterantibus, & facientibus solutionem, & est triplex, album, subnigrum, & purpureum. melius autem est illud, quod est crassum, completum, graue, ita, quod submergitur in aqua, habet autem psyllium complexionem diuersam in duabus substantijs eius, quæ separari possunt, quia in cortice exteriori est frigida, & humida complexionis in secundo gradu secundum Diosco. substantia enim eius medullaris est cali. & sic. in quarto gradu, & acuta vehementer, rubificans, rubificatiua, & incisua. Conseruatur autem ab vno anno vsque ad duos. Potio ipsius est a dr. i. vsque ad 3. Timeat autem ipsum habens debilitatem viscerum.

Nota, quod in prædicto cap. de psyllio videtur esse discordia inter Rufum, & Diosco, de complexionem psyllij, quia dicitur a Mesue, quod substantia exterior extensa super corticem est ex multum infrigidantibus, & dixit Rufus, quod est frigida, & humi. in tertio, & excelsit. & dicit Diosco. quod est in secundo, illud est verius. Inquit enim Hipp. in epidemijs, quod non eleuatus res frigida iuncta cum humiditate supra secundum gradū, & dicit Gale. quod humida res non transgreditur metā, vsque ad quam potest regimen hominis extendi, propter quod

Gen. 2. de
cip. med.
cap. 1.

quod non inuenimus humidum esse causam doloris, inquantum humidum, sed inquantum potest esse cum materia & in quantitate sua, mouetur ad cōtinui solutionē, &c.

De Capillo veneris.

Dico, quod capillus veneris, qui alijs nominibus dicitur coriandrum putei, vel capillus fontium, vel capillus hominis nemoralis, vel capillus porcinus, ponitur temperata complexionis à Gale. & vix conseruatur per annum, quia est subtilis, & rara substantia. Potio decoctionis eorum, quando queritur per ipsos solutio per ventrem est circiter lib. 1.

De Asaro.

Dico, quod asarum est radix herbæ aromaticæ, quæ asara baccata dicitur; & est cali. & sic. in tertio gradu, licet Diosco. dicat verius, quia est cali. in secundo, & sic. in tertio, & est magis prouocatiuum, & subtiliatium, & aperitiuum oppilationum, quam solutiuum. Conseruatur autem per annum. Dosis eius infusionis est ab aure. 2. vsque ad 4. Et pulueris eius à dr. 1. vsque ad aur. 2.

De Gallo.

Dico, quod gallorum electio sumitur à quatuor conditionibus. Primo à colore, quia Rufus est melior alijs. Secundo ab ætate, quia quanto antiquior, tanto melior. Tertio à motu, quia ille, qui est velocior est melior, & calidior. Quarto à coitu, quia sit fortis in coitu & dimicando, quia si fortiter dimicat, fortiter coit, potio iuris galli est circiter lib. 2.

De Volubili.

Dico, quod volubilis est plurimum specierum secundum Mesue, sed magna magis præualeat omnibus, nisi, quod aperit orificia venarum, & educit sanguinem, & multum extenuat, quia scilicet ex vltima specie volubilis, scilicet ex quarta specie volubilis sit scammonia, scilicet ex lacte eius coagulato, & est perniciofa. lege Mesue inter prædictas species habens folia citruli, cuius flos est sicut ampullæ adhaerentes adinuicem, & vocatur lupulus, est valde mundificatiuus sanguinis. Magna verò facit flores albos strickos in principio, & latos in fine ad modum tubæ, & habet lac. potio decoctionis magnæ, est circiter vnc. 4. Et infusio eius in aqua casei est circiter vnc. 4. lupuli vero infusionis in aqua casei potio est circiter lib. 1.

De scammonia.

Dico, quod scammonia est solutiuum magnum, quia solutiuum solutiuiorum, quia est solutiuum antonomaftice, id est per excellentiam, & est generalius super omnia solutiua. Fit autem ex succo eiusdem speciei volubilis, cuius folia sunt in modum sagittæ alata. Nascentur autem in Antiochia, & Armenia, & Corasceni, & in partibus Arabiæ, & Turchiæ, sed Antiochena præualeat alijs. vnde lege in Mesue, quia ibi omnia latius reperies.

Sed nota, quod bona scammonia debet habere septem conditiones. Primo, vt in colore sit cineritia, & subpallida. Secundo in tactu, vt sit frangibilis. Tertio, vt sit lacticina per applicationem ipsius ad linguam, vt resulter lac ex tali tactu linguæ cum salua. Quarto, quod sit leuis in pondere. Quinto, quod sit boni odoris. Sexto, quod sit Antiochena. Septimo, quod sit antiqua, non recens.

Vltius notandum est, quod ipsa scammonia habet quinque nocumenta. Primum est, quod lædit stomachum, & cor. Secundo generat ventositatem mordacitiam. Tertio generat caliditatem, & inflammationem excessiuam. Quarto excoriât intestina. Quinto, quod eius impressio est supra virtutes, & membra. Corrigitur autem ista nocumenta, si cum mastiche præparetur, & melius si decoquatur in cytonio, & fiat diagridium. Conseruatur autem annis 12. Dosis eius est à granis v. vsque ad 12.

De Turbith.

Dico, quod turbith est radix herbæ, cuius folia sunt sicut folia ferulæ, minora tamen, & est calid. in tertio gradu.

Et Turbith bonum debet habere septem proprietates.

Primo, quod sit candidum. Secundo, quod sit vacuū, & arundinosum. Tertio, quod sit gummolum. Quarto, quod cortex sit cineritius. Quinto, quod sit planum, & asperum. Sexto, quod sit recens. Septimo, quod sit facile frangibile.

Item nocumenta turbith principaliter sunt tria. Primo, quod generat ventositatem, & est tarda solutionis, & hoc tollit mistio zingi. cum eo. Secundo, quod causat nauseam, & subuersionem in stomacho; & hoc tollit medicina confortans eum, sicut mistio mastice, & galliæ aromaticæ. Tertium est, quod exiccando corpus in principio nauicare facit, & hoc tollit zuecharum, & oleum amygdalarum dulcium. Conseruatur autem turbith annis 5. vltra. Dosis eius puluerizati, & contriti est à dra. 1. vsque ad 2. Et decoctionis eius à dra. 2. vsque ad 4.

De Agarico.

Dico, quod agaricus est duplex, scilicet masculus, & femina; sed femina est melior; quia masculus est longus, niger, & grauis, durus, habens neruos in confractis suis. Sed femina est laudata in sex proprietatibus. Quia primo debet esse albidissimus. Secundo leuis. Tertio vehementer frangibilis. Quarto porosus. Quinto, quod gustui in principio appareat dulcis; deinde sequatur amaritudo. Sexto, quod sit stypticus aliquid.

Est cali. in primo, & sic. in secundo, & ipse est ex medicinis magni iuuamenti, & nascitur prope magnas arbores, quibus iam ex antiquitate cecidit corticis, & putrefactio, & est eius generatio, sicut generatio fungorum; immo quidam æstimauerunt, quod sit fungus, & ita videtur, & est medicina familiæ secundum Democritum; & confert omnibus ætatibus, & in omni tempore, & est medicina omnium oppilationum. Conseruatur autem per annos 3. vsque ad 4. dummodo ab humiditate, pulvere, & fumo præseruetur. Dosis eius puluerizati, & contriti est à dr. 1. vsque ad 2. & in decoctione à dr. 1. vsque ad v.

De Colocynthide.

Dico, quod colocynthis est cucurbita deserti, quæ nascitur in planta, quam etiam sel terræ vocant, eo, quod in toto ambitu ortus eius interficit herbas, & est sicut venenum eis. vnde Arabes appellant necem plantarum à terra, super quam iacet, videtur sicut adusta; & folia eius sunt similia folijs cucurbitæ, & sic extenduntur super terram. Et est duplex, scilicet masculus, & femina, masculus est grauis cum duritie, attinens asperitati, & nigredini; sed femina est à sapientibus magis laudata, & est, vt habeat has proprietates, vt primo sit crassa. secundo, quod sit leuis. Tertio, quod sit completa maturitatis, ita, quod nunquam colligatur immatura. Quarto, quod interius sit pulpofa, & rara, ac leuis. Quinto, quod sit albidissima. Sexto, quod quando planta eius habet vnā foliam colocynthidem, abijciatur, & nullo modo colligatur. Et est cali. & sic. complexionis in tertio.

Nocumenta autem colocynthidis sunt quatuor, & Primum, quod infert nocumentum stomacho, cordi, & hepati. Secundum est turbatio, & inflatio, atque subuersione ventris, & omnium intestinorum. Tertium est apertio venarum cum sanguinis euacuatione. Quartum est viscerum, & venarum excoriatio. Et non est puluerizanda in vltimo, nec subtilissime, quia excoriaret viscera, & venas. Conseruatur autem per annos 3. & si in debito loco reponatur. Dosis ipsius est Kirat. vj. vsque ad x. Qui autem sumit ex ea, timeat frigus, & æstus.

De Polypodio.

Dico, quod polypodium est radix cuiusdam plantæ quæ diuersificatur in ortu suo, quia aliquando nascitur super arbores quercinas. vnde propter hoc græci nominauit filicem arborum, quia in folijs similatur filici, & aliquando nascitur super lapides; sed quod nascitur in arboribus, & maxime quercinis, est perfectior; quia lapideam habet humiditatem superfluam, & indigestam, causans ventositatem, nauseam, & subuersionem. Et est calid. in tertio, & sic. in secundo.

Mesue.

K K K 3

Et

Et quod nascitur in arboribus glandium, debet habere sex proprietates. Et primo, quod sit quercinum. Secundo, quod sit crassum. Tertio, quod eius color aliquantulum participet de nigredine, & rubedine, sed parum. Quarto, quod eius contractum sit, sicut color fistici. Quinto, quod in eo sit aliquid aromaticitatis. Sexto, quod in eo sit dulcedo cum aliquanti stypticitate relinquens ex gustu, & amaritudine aliquid, & precipue quando est recens. Corrigitur autem eius ventositas miscendo cum eo anisum, vel semen fœnic. aut parum zing. Conseruatur autem usque ad annum, & valde confert hydropicis, siccatur ad umbram. Dosis eius est à dr. 2. vsq; ad aur. 4.

Zistia.

De scilla.

Dico, quod scilla idem est, quod cape muris, & sicut dicit Galen. duplex est eius iuuamentum, quia solutione educit materias, & cum hoc preparat eas ad soluendum, & illa melior est, quæ habet parem. i. lociam, quæ nascitur in locis liberis est melior, & est calid. in tertio. Et non scinditur cum cultello ferreo, sed ligneo; & non capiuntur partes extremæ, & exteriores, nec medulla, quia non ualent, sed partes eius mediocres, quæ habent splendorem, cum suuntur filo separatim suantur, ne una pars aliam tangat, & exiccantur ad umbras diebus. 40. postea ex eis fiat acetum scilliticum, & lohoc de scilla. Conseruatur autem suspensa annis duobus. Planta vero in terra durat annis x. Potio enim acetum eius est à dr. v. vsque ad 12. Et oxymellis eius ab aur. 6. vsque ad dr. 3. & trochisc. eius à dr. 2. vsque ad 4.

Dysu.

De hermodactylis.

Dico, quod hermodactylus est radix herbæ montanæ, & eius alius est longus, sicut digitus, alius est rotundus; sed rotundus est, de quo loquimur; & est eius alius alb. alius est rubeus, alius niger. Melior est omnibus habens tres proprietates bonas. Primo, quod sit albus. Secundo quod habeat veram albedinem intus, & extra. Tertio quod sit crassus mediocri duritie; rarus vero, laxus, & levis, debilis est. Rubeus vero, & niger penitus mali, & euitandi, & qui nascitur prope scillam, aut prope raphanum melioratur in conditionibus suis. Et colligi debet tempore veris potius, quam alio tempore. Et isti sunt meliores, qui sunt exiccati per medium annum, & in illis est humiditas superflua disponens ad tria nocumenta, quæ facit. Sed cuminum, mastix, & zingi. tollunt ab eo nocumenta dicta. Est calid. & sic in principio secundi, licet in eo humiditas accidentalit sit superflua, qua inimicatur stomacho. Conseruatur autem annis 2. si remotus fuerit ab humiditate, & puluere. Pro quo notandum est, quod si ante debitam exiccationem reponantur, immediate putrescunt. Dosis eorum est ab aur. 1. vsque ad 2.

Dysu.

De iride.

Dico, quod iris est radix herbæ secundum grecum, quæ lilialis dicitur, cuius duæ sunt species. Quarum una florem facit purpureum, habentem gradationem diversitatis, in purpuratione, sicut habet arcus terroris, qui arcus dicitur iris, & ad similitudinem illius vocatus est iris. Et alia species eius facit florem album. purpureus est calid. & sic in secundo. Melior pars plantæ est eius radix, deinde flos eius purpureus, qui est omnibus melior albo. Et melius tempus collectionis radicem, & florum eius, est tempus Veris. Succus radicem eius valde prodest contra hydropisim, sed nocet stomacho. sed corrigitur cum aqua lactis, & melle, cum paucis mastiche. Exiccantur eius radices ad umbram sutæ cum filo ita, quod una non tangat aliam. Conseruatur autem per annos duos, si præseruetur ab humiditate, & puluere. Dosis eius est à dr. ij. f. vsque ad 6.

Dysu.

De cucumere sylvestri.

Dico, quod cucumer sylvestris, id est asininus est fructus, sicut cucumer parvus. asperitatis plenus est: & amaritudinis, & eius planta folia habet similia folijs cucumeris, tamen asperiora. Melior pars plantæ est fructus ipsius bene maturus, completus, & citrinus, in quo

nulla sit viriditas; & post ipsum fructum est radix in bonitate, sed fructus eius incompletus est malus, & perniciosus, educens sanguinem solutione. Cucumer ipse sylvestris est calid. & sic. complexionis in tertio. Et aliqui dicunt, quod est fortius solutivum, quam scammonia, quia excoriat, & aperit venarum ostia, unde generat crudeles tortiones ventris, & facit solutionem cum angustia, & est tardæ operationis. Et emendantur eius nocumenta, si cum succo eius adiungatur aliquid de bdellio, aut ex tragacantho, aut si propinetur cum lacte dulci recenti, aut cum aqua mellis, & facilitatur eius operatio, si parum salis gemmæ miscetur cum succo eius. Et species alephanginæ addunt vigorem virtuti ipsius. Et conseruatur succus eius triennio. Radix vero eius conseruatur annis 6. licet recens melius operetur, quam sicca. Colligitur autem succus in astate, scilicet in fine Iulij in diebus canicularibus. Dosis succi eius est à gran. x. vsque ad drachm. 1. Et pulueris, & radicis eius est à granis 15. vsq; ad drach. 5. Et aquæ decoctionis radicem eius est à dr. ij. vsque ad 4.

Nota.

De centaurea.

Dico, quod centaurea est duplex, scilicet maior, & minor. utraque est amarissima; sed minor amarior est maiori. unde à quibusdā fel terra dicitur. & minor est melior in omni re. cuius flores, & stipites habent colorem citrinum, & paleatem. Et melior pars plantæ sunt flores, & semina ipsius. Et melius tempus collectionis eius est principium æstatis. Est calid. & sic in secundo. sed Rulus dicit in principio tertij. Dosis est à tertia parte unius dr. vsque ad dr. 1. s. Et in decoctionibus à dra. 1. vsq; ad 4. Conseruatur per annum.

Dysu.

De cartamo.

Dico, quod cartamus est duorum modorum, scilicet domesticus, & sylvestris, sed domesticus est melior, & dicitur crocus hortensis. Et melior pars plantæ eius est semen, deinde flos. Et illud est melius semen, quod est album, planum, & crassum, & plenum, cuius medulla est vinctuosa, & pinguis valde, & cuius cortex est subtilis. Et melior flos est, qui est sicut pili croci. calid. est in primo, & sic in secundo. Est autem semen eius aperitivum, absterisivum, & conturbativum, faciens nauseam. unde inest ei virtus educendi per vomitum, & per secesum, id est per venterem, & multum nocens est stomacho. Et emendatur eius nocumentum miscendo cum eo anisum, galangam, macem, & corderum. Dosis eius est à dr. 4. vsque ad aur. v. Et floris eius à dra. 1. vsque ad aur. ij. Conseruatur autem cartamus, scilicet semen eius annis 3.

Dysu.

De cherua.

Dico, quod granum albemestich, id est cherua, est duplex, scilicet magnum, & paruum. Magnum est in magnitudine fructus auellanae, & paruum est, sicut cicer. Magnum est incolume, bonum. Paruum vero est malum. Magnum est calidum in principio tertij, & sicum in secundo. Et paruum non administratur nisi in emplastris, & fricationibus. Et oleum ipsius in vntionibus educit per vomitum, & per ventrem phlegma crudum, & crassum, & facit nauseam, & subuersionem. Et assatur, & sic corrigitur eius humiditas superflua, si miscetur cum eo anisum, & fœniculum, & rectificatur eius nocumentum. Conseruatur autem annis pluribus Dosis est à dr. 5. vsque ad dr. 1. s.

Dysu.

De lapide armeno.

Dico, quod lapis armenus, secundum Alexandrum, quod veritiores, id est philosophi, dixerunt ipsum habere prerogatiuam, & principatum in educendo choleeram nigram, & operatio eius est incolumior, & solenior elleboro nigro, & virtuosior lapide lazuli. Et ille est melior, qui habet colorem medium inter viridem, & obscurum, & terreum, & indum, & habet macularum distinctiones virides, & nigras, & qui non est in termino lapidis, scilicet in duritie, immo est facile dissolubilis, & pulverizabilis, & est lenis in tactu carens asperitate. Et est calid. complexionis, in principio secundi, sicut

Dysu.

cus

cus in primo. Et est resolutiuus, & absterfius, & est ex conturbantibus, & subuertentibus stomachum, & educit per vomitum, & per uentrem, nocet stomacho valde, & facit subuersionem, & soluit cum angustia. non locus soluit per vomitum, & per ventrem, cum labore, & molestia. Ars autem lauandi ipsum ponitur à Mef. requiratur igitur ibi modus lauandi ipsum.

De fr. Educit melancholiam, seu cholera nigram. vnde mundificat cerebrum ab ea, & valet in mania, melancholia, vertigine, scotomia, & epilepsia, & ægritudinibus timoris, & suspitionis, & ad lepram, & ægritudines splenis, & ad cancrum, & morpheam nigram, & ad febres melancholicas. Dosis eius non lori est à dr. s. vsq; ad 1. s. sed lori est à dr. 1. vsq; ad 2. Conseruatur autem annis x.

De Lapide stellato.

De fr. Dico, quod lapis stellatus est de genere marmoru, habens maculas ex auro. Et eius alius est albus, & dicitur marchesita, alius vero clarus, celestis, & vocatur lapis lazuli, & quandoque minera fert vtrumque simul. Melior est cuius color est viridior in colore lazuli, & habet maculas aureas. Et mistus cum marchesita est non bonus, & similiter leuis. Est autem cali. in secundo, & sic. in tertio. Nocumeta eius sunt, quia est adustius, vlceratiuus, & putrefactiuus, absterfius, & incisius. Et in non loto est proprietas abradendi pilos. lotus autem conseruat, & prolongat eos, & generat pilos in palpebris. In eo sunt nocumenta, quæ sunt in lapide armeno, & ex pedit tollere nocumenta eius similiter cum adustione, sicut in armeno. De trituratione etiam sustinet plus, quam lapis armenus. Educit melancholiam, & humores adustos, & mundificat neruos, & sanguinem ab eis. Et non loto educit per vomitum humores crassos, & melancholicos. Conseruat ægritudinibus cerebri, & cordis, sicut est epilepsia, mania, & melancholia, quarum materia est humor melancholicus, & conseruat iuuamentum magnum ægritudinibus timoris, & tremori cordis, & syncopi, & confortat cor, dilatat animam, & mundificat pectus, & pulmonem, & est ex rebus confortantibus iuuentutem, & lætificantibus vitam. Et ipse quidem præferuat à lepra. Et suppositus educit menstrua, & datur patientibus febres melancholicas, & curat eas. Et valet eius vsus ad hæmorrhoidas. Dosis eius est à dr. 1. vsq; ad 2. s. Conseruatur autem annis tribus, & vltra.

De Sena.

De fr. Dico, quod sena est folliculus plantæ, quam Perles nominant a halzemer, vel alzechinor, & eius ortus est secundum semitam orobi, & inuenitur ex eo domesticum, & syluestre. Melior pars plantæ eius est folliculus, deinde folia. calida est in principio secundi, sicca in primo. Et folia sunt calida in primo. Est absterfius, & mundificatiuum conuenienter, & resolutiuum, est debilis solutionis, & debilitat stomachum, sed confortatur eius operatio cum aromatibus acutis, & proprie cum zingibere, & sale gemma, & melius operatur cum brodio gallinarum, aut aliarum carniū laudabilium. Et soluit sine molestia, solutione sua educit cum facilitate melancholiam, & cholera adustam, & mundificat cerebrum, & cor, hepar, & splenem, & membra sensuum, & pulmonem, & aperit oppilationes viscerum, & conseruat vten tem eo in iuuentute, & generat gaudium, quia causam tristitiæ amputat, & corroborat auditum. Et est medicina bona febrium melancholicarum, & antiquatum. Dosis infusionis eius est ab aut. 2. vsq; ad vnc. 1. & puluis eius à dr. 1. vsq; ad 2.

De salibus.

De fr. Dico, quod salis famose species sunt quatuor, scilicet, sal panis, id est, sal commune, & sal gemma, sal napticus, & sal indus. Sal panis, alius mineralis durior, & amarior, alius marinus, quem, si aqua inuenit, facile dissoluitur. Sal gemma vero est sicut crystallus scindibilis. Sal iudus alius est subniger, alius rufus, & obscurus. Sal napticus quoque niger est, habet odorem naphthæ, quia horribilem. Electio mineralis est fortior marino, & sal gemma eis, & sal naphthicus illis. Indus autem fortior est

A omnibus. Et omnis sal quanto amarior, tanto fortior. Est autem omnis sal calidus, & sic. in secundo, & quanto amarior, vel falsior, tanto calidior, & ficior. Et omnis sal est sicut calcar aliarum medicinarum, cum quibus miscetur, quia facit eas celerius, & citius operari. Et omnis sal educit crassos humores, phlegmaticos, & viscosos & præferuat corpus à putrefactione. valet ad lepram, & ad ægritudines melancholicas. Verum non administrantur sales per se, sed ponuntur in confectionibus propter illud, quod diximus. Et ponuntur in pilulis, & enematis, & collyrijs, & alijs medicinis administrationū. Sal maris conseruatur parum, quia ab humido resolutur, sed mineralis, quia durior, magis durat per menses. Sal gemma vero in fursure diu conseruatur, & similiter sal naphthicus.

De Baurach.

B Dico, quod baurach est quasi sicut sal nitrosum valde, & aliud est minerale, aliud artificiale. Et minerale diuiditur, quia aliud armenum, aliud aphricanum, aliud romanum, aliud ægyptium, & omne baurach est fortius quacunque specie salis prædictæ, & similes habet operationes, sed fortiores. Et conseruatur baurach in fursure annis pluribus.

De Sarcocolla.

Dico, quod sarcocolla est gumi arboris, quæ est sicut frutex, & est spinosa, cuius rami sunt nodosi collecti ab arbore, & colligitur ex ea gummi, & alius aliud album sicut thus, & aliud subcitrinum, fortius tamen est subcitrinum albo, & quod est amariū, est melius. Est calidæ complexionis in secundo, sed non est tantum sicca, quia ficietas est minor caliditate sua. Est tardæ solutionis, & conturbat stomachum, vigorat autem eius operationē zingiber, & corderum, educit phlegma crudum, & humores crassos, & proprie quando est in iuncturis. Dosis eius est à dr. 1. vsq; ad 2. Conseruatur autem quatuor annis.

De Sagapeno.

De fr. Dico, quod est gummi halafci vndeg, & est arbor similis oleandro montano. Melius sagapenum est cuius color est inter subrubeum, & subalbidū, & quod habet odorem porrorum, & quod est facile resolubile in aqua, & quod est clarum cum spissa substantia, & quod est leuius melius est, & quod est in vehementia odoris asæ, neque habet odorem chabani: ipsum enim est sic adulteratū. Et est calidum in tertio, & sicum in secundo. Nocet mirabiliter stomacho, & hepati, sed nocumenta eius tollunt proprie mastix, spica, & enula. sigillat ei proprietatem mirabilem ad ea, quæ oportet. Educit humores viscosos, & phlegma crassum, & aquam citrinam. Et suppositum prouocat menstrua, & interficit særum, & conseruat dolori matricis, & præfocationi ipsius. Dosis eius est à dra. s. vsq; ad aur. i. Conseruatur autem vltra sex annos.

De Euphorbio.

De fr. Dico, quod euphorbium est gummi excedens omnia genera gummi in calefaciendo, & subtiliando; & est ex rubificantibus, & ex arbore desertorum locorum, & hispidorum. Et illud est melius, quod est leue, frangibile, habens colorem palearem, & clarum, quod est vehementis acredinis, & odoris valde acuti, & quod iam transeat annum, quia recens anni est sicut venenū, & sicut ignis, & est ex gummis, quæ dissoluuntur. Est calid. & sic. in quarto gradu, & est calidius, & subtilius omni eo, quod calefacit ex gummi, & est de facientibus operationem cum labore, & angustia vehementi, & perducenti ad syncopim, & sudorem frigidum. Est inimicum cordi, & hepati, & stomacho propter uehementiam virtutis suæ. Tollitur autem, & rectificatur hoc nocumentum, si ponatur in infusione in oleo amygdalino dulci, & succo acetositis citri, deinde in succo liquiritiæ. Educit phlegma viscosum, & crassum à locis profundis, & est mundificans iuncturarum vacuitates ab humoribus crassis difficilis eradicationis, nec est ei res similis ad hoc, & mundificat neruos ex humiditatibus imbibitis in eis, & dissoluitur in oleo de cheyri, &

Mesua.

KKK 4

inun-

Dof. inungitur cum eo: & confert aegritudinibus nervorum frigidis, sicut est paralyfis, stupor, & tortura, & spasmus. Dosis eius est à Kirat uno vsq; ad 2. Conseruatur autem quadriennio. Recens autem anni sui est perniciosum. Ille autem, qui sumit, timeat frigus. Conseruatur autem, ne cito senescat, sepe liendo in milio, vel fabis, uel lentibus, sed in milio melius.

De Opopanaco.

Elis. Dico, q opopanacum est gummi plantæ similis ferule. Melius ex eo est citrinum, & subalbidum interius, & quod est amarum, & quod est frangibile, & quod facile dissoluitur in aqua. Et aliqui adulterant ipsum cum ammoniaco, sed odor, & albedo fracturæ deocculant fallaciam. Et melior pars plantæ eius est gummi eius, deinde radix ipsius. Et est ca. & sic. in tertio, radix eius in secundo. Nocet stomacho faciens sitim, & est tardæ operationis, de rectificatione autem ipsius est, sicut diximus in Serapione. Educit phlegma crassum, & viscosum à partibus remotis, & iunctis, & proprie mundificat cerebrum, & nervos. Et confert aegritudinibus nervorum frigidis, & est ex rebus addentibus in visu secundum omnem modum administrationis eius, & mundificat pectus, & confert tussi antiquæ. Et est medicamen expertum rigoribus febrium, & proprie hibitum cum aceto ante horam paroxysmi, & linitum in spina, & dissolurum cum succo apij, & oleo anethino. Dosis eius est à dr. i. vsque ad 2. Conseruatur autem quinque, vel sex annis.

De Mezereon.

Elis. Dico, q mezereon est planta apud Persas uocata rapiens vitam, & à quibusdam faciens viduas, à pluribus leoterræ. Et est planta, cuius stipites eleuatur super terram circiter cubitos duos, & folia eius sunt similia folijs oliuæ, & producit grana nigra in magnitudine fructus myrti, & est planta lacticiniorum. Et eius sunt plures species, sed melius mezereon est habens folia magna, tenuia, & viridia, & quod oritur in locis liberis, & in uicinitate plantarum speciei eius, & quando oritur ex eo planta una in toto ambitu loci eius, est mortalis, & quæ oritur in locis thermarum est sicut venenum, & habens folia parua, & spissa, est malum, & similiter habens crispa, & aspera, & est, quod subnigrum similiter. Est cal. & sic. in quarto, & est proximum ueneno, nocens membris principalibus, quæ sunt minera uirtutum.

Corrigitur autem eius nocumentum cum auxilio rerum frangentium venenositatem, & extremam eius debilitatem, & igne itatem, sicut cum oleis frigidis extinctis, sicut est mucilago psyllij, succus portulacæ, & succus endiuicæ proprie. Dioleo. autem infundit folia eius in aceto per diem vnum, & exiccantur, & frangitur cum arte hac ipsius virtus inflammabilis. Et ex rebus adhuc emendantibus, & remouentibus malitiam eius est, ut fundantur folia eius in lacte dulci sumpto ex asina, aut capris, & quandoque ponuntur folia mezereon in aqua lactis, & bulliant cum facilitate, & aufertur spuma eius, & colatur, & propinatur cum securitate. Et nota, quod folia mezereon parum sustinent de decoctione, & contritio laboriosa destruit uirtutem eius. Expellunt autem nocumenta eius à corpore aqua hordei, & aqua passularum. verum aqua endiuicæ, & altaraxacon aufertur inflammationem relictam ab eo in corpore. Educit autem aquam citrinam cum fortitudine vehementer. Et mezereon iunctum cum rebus educentibus melancholiam educit eam, & cum rebus educentibus phlegma educit ipsum. *Dof.* Dosis eius à drachm. 5. vsque ad i. & hoc in decoctionibus puluis eius à Kirat. ij. vsque ad v. Conseruatur autem annis duobus, vel tribus, si à caliditate aeris præseruetur, ne resoluatur uirtus eius.

Et si queratur, quæ differentia est inter mezereon, & laureolam? Dico, quod est magna differentia, nam mezereon est planta lacticina, & dicitur alio nomine oliuella, sed laureola est arbutum, & non habet lac, & folia mezereon sunt similia folijs oliuæ, sed sunt minora, & habet lac, sed folia laureolæ sunt similia folijs lauri, & non est cognidum, ut patet per Serapionem in suo li-

bro de simplicibus cap. de mezereon, & in cap. de laureola vocat eam daphnidem.

De Etula, sive Alseebra.

Dico, q alseebram est species lacticiniorum, & alio nomine dicitur etula, & est solutivum rusticorum. Et eius aliud est magnum habens radices rotundas, & crassas, spissi corticis, densi, & ponderosi. Aliud est paruum habens radices subiles, tenuis corticis. Magnum est malum, scindens viscera, paruum vero est illud, quod eligitur. Melior pars eius est cortex radices ipsius, & habens proprietates quinque bonas, scilicet cuius cortex sit subtilior, & leuior, & facile frangitur, & est habens de rubedine aliquid, sicut radices casia lignee, & illa est bona, super quam præterijt medietas anni, & recens mensis sui est mala. Nigra uero est pernitiola, & orta in locis thermarum. Et melius tempus collectionis ipsius est principium Veris, & collectionis lactis eius est finis Veris. Et est calidæ complexionis, & sicca in principio tertij, & lac eius est calidum, & ditumpit officia uenarum, ita, ut sanguinem manare faciat. Nocet cordi, stomacho, hepati; dirupit uenas, & excoriat viscera, & relinquit in corpore inflammationes, cum hoc faciens cadere in febres. Et corrigitur, & emendatur. Primum nocumentum est, quod ex eo timeretur permiscendo cum eo aliquas ex medicinis cordialibus, & stomachicis, & hepaticis. Secundum vero, & tertium nocumentum corrigitur acquirendo ei bonitatem cum conglutinantibus, & consolidantibus, sicut est tragacanthum proprie & gummi, & bdellium, & mucilago psyllij, & succus portulacæ, & similia. Quartum vero nocumentum eius tollitur permiscendo simul ex rebus refrigerantibus, & extinguentibus aliquas, ex hoc facientibus, apud me est, ut infundantur in succo altaraxacon, aut in succo endiuicæ, & pauco aceto, aut succo portulacæ, aut solatri, & aceto. Et dixit Rufus, quod si solutio per ipsum superfluat, aut laboriose fiat, sedeat solutus in aqua frigida. Mihi quoque uidetur uerbum inconueniens. Circumstans enim frigidum includit, & adunat uirtutem medicinæ, & corroborat eam, necnon, & materias ad viam expulsionis expellit, sicut te scire fecimus sed succurrendum est tunc sicut in canone diximus. educit phlegma vehementer, aquam citrinam, & humores melancholicos, & materias à iuncturis, & confert doloribus earum, & est ex medicinis magnis, hydropicis; sed nocet hepati, & desiccatur corpus utens eo, & consumit spermia, & lac eius facit hæc omnia vehementer, & facit cadere in febres. Dosis corticis radices est Kirat. 2. vsque ad 7. & lactis eius à Kirat. i. vsque ad 3.

De Luf.

Dico, quod luf est planta, quæ dicitur collum draconis, & alio nomine serpentaria, vel draguntea, & colubaria, & aliqua habet folia plana, & alia crispa, & radix plana est exterius ad nigredinem attrinens, interius vero alba est, melior pars totius plantæ est radix. Et melior radix est crassa completa, & orta in locis liberis, & melius tempus collectionis eius est Ver, & principium æstatis. Dicit Diof. quod crispa calidior est plana. Et dicit Rufus, quod plana calida est in primo, crispa vero in secundo, utraque nocet stomacho acuitate sua, & hepati. Tolluntur autem nocumenta prædicta, si detur cum rob, aut cum melle passularum, & speciebus alephanginis, educit phlegma subtile, & crassum, mundificat, & confortat renes; prouocat urinam, exciit coitum, & valet pectori, & pulmone, & etiam asthma, & tussim ex abundantia humoris viscosi; & proprie si fiat lac ex succo eius cum melle, & rob. Dosis eius est à dr. 3. vsque ad v. Conseruatur autem radix eius annis duobus.

De Fesira.

Dico, quod fesira est planta, quam quidam vocant uitem albam, cuius radix est terrei, vel cineritij coloris exterius, interius vero alba, & eleuatur super radicem ipsius stipitis multarum inuolutionu super alias arbores, & nascuntur super ea botri uuarum, & vocantur uua lupina, & stipites eius feresim; cuius radix est cineritia exterius, & interius alba, non tamen albedine prioris, & vocatur

catum cucurbita reptilium. Fesire secundum Diosco. est calid. & sic. in tertio, habet nocumenta serpentaria; & ideo fesire rectificantur. sicut luf.

Vtriusq; radix, & proprie succus eius educit phlegma, prouocat vrinam, & mundificat cerebrum, & neruos; & membra anhelitus, à superfluitatibus phlegmaticis, & putridis; & aperit oppilationes viscerum, & renum; & confert secundum omnem modum administrationis eius, & confert epilepsia, & vertigini, & tussi, & asthma manifeste, & dolori laterum, & comeditur talus eius in primis dum crescit, & est tenera, sorbitiones factæ ex succo eius, & frumento cocto, & melle, faciunt exuberare lac; & similiter sedere in decoctione eius, mundificat matricem, & facit abortum, & etiam suppositum comestum. Radix quoq; eius, & succus eius abstergit faciem, & seditatem cutis, & pannum, & vestigia, quæ remanserunt post; & proprie cum farina cicerum, & tabarum. Dosis autem radice al-fesire est ab aur. i. vsq; ad 2. Et succi eius à dr. i. vsq; ad 2. Conseruatur autem eius radix duobus annis, & ultra.

De Arthanita.

Dico, qd arthanita est panis al Kirat, vel panis porcinus, siue pomum terræ. Et ab alijs dicitur panis fauni, & ab alijs dicitur cyclamen. Et inuenitur ex eo magnū, & parū. Magna autem radix est in modū tapæ rotundæ. Cuius pars exterior est, sicut terra nigra; interius vero alba. Et eleuantur super radices eius frondes: & flores secundum semitam violarum subalbidarum, sine eleuatione stipitis, id est, thyrli supra radicem parum. habet radices subterraneas plures in modum auellanae, & cicerum. Est calidæ complexionis, & sicce in principio tertij. Et incisuum, & subtiliatium, & calefactium, resolutiuum, absterfium, & mundificatiuum, & aperitiuum oppilationum. Et est ex rebus sudore exuberare facientibus, & ex maxime mundificantibus cutim, & resoluentibus sceditatem eius. Et dicit Serapio, qd corrigitur sicut luf, & al-fesira. Educit phlegma mucilaginosum sumptū, & suppositū; & etiā linitum super fumen, & ilia, & partes adiacentes, & est medicina experta ad icteritram tali modo. Accipe succi eius, dra. 4. dissolue cum zuecharo, & coque vsque ad tertiam partem, propinetur in mane; & est medicina certa ad icteritiam. Et dicit Græcus, succus eius cum hydromelle, aut oxymelle, & proprie de quolibet, an. partes æquales coctæ secundum superiorē doctrinam. est namque medicina experta ad icteritiam citrinam vertens in vaporem, fumum, & sudorem materiam eius; & proprie succus eius cum secantiabin, aut mellicrato; sed oportet vt sumens cooperiatur multū, & sudet sudore vehementi, & citrino. confert ægitudinibus cerebri phlegmaticis; & proprie si fiat caput purgium, & confert ad hemi craneam frigidam. Et emplastrata confert colicæ, & confert sudori, torturæ, & paralyti; & mundificat caput, & oculos; & confert duritiei splenis secundum omnem modum administrationis eius; & confert scrophulis, & alijs apostematibus, & valde prouocat menstrua, & maxime aperit orificia hæmorrhoidarum, & dicitur, qd si suspendatur in collo mulieris concipit; & linitur ex ea anus, & confert egressioni eius. Dosis eius ab aur. 2. vsq; ad dr. 4. & proprie succus eius. Raro conseruatur succus, quia recens melior est in omni euentu.

De Aristolochia.

Dico, qd aristolochia tres sunt species, scilicet longa, rotunda, & alia cuius radix currit secundum semitā palmitem vitis. omnes species eius sunt ca. in principio tertij, sicce in secundo. Videtur, qd longa sit calidior, quāuis eius terretas vincat super terretatem rotundæ. Est tamē vtraque aperitiua oppilationum, resolutiua, attractiua, & attrahens spinas, & fracturas lignorum infixas carni. Nocet visceribus in soluendo. Et rectificatur, vt luf, de decoctione, & trituratione rem plenam sustinet. Educit superfluitates phlegmaticas, & etiam cholicas secundum aliquos, & est ex rebus maxime mundificantibus pulmonem, & pectus à phlegmate, & putredinibus, & confert iuuamentum manifestum asthma, & tussi secundum omnem modum administrationis eius. Et ro-

tunda est ex rebus mundificantibus cerebrum, confert epilepsia, confert etiā stomacho, remouens singula ventosa; & sedat dolores omnes à ventositatibus in vlcerebus; & aufert oppilationes splenis, & ventositates in ipso & proprie rotundas. & est medicina rigori febrium. Dosis eius est à dra. i. vsque ad aur. i. Conseruatur autem annis tribus, & ultra.

De Abelmefuch.

Dico, qd abelmefuch dicitur proprie granum regum, & est de eo aliud parū, aliud magnū, & dicitur, qd magnū est cherua. Et est cali. & sic. complexionis in tertio, meretur de rectificatione, sicut been. prouocat vomitū, & solutionem laboriosam, & educit phlegma vehementer, & aliquando cholera, & materias à iuncturis, & aquam citrinam. Oleū vtriusq; ex trahitur, sicut oleum de amygdalis. Dosis eius est à gra. v. vsque ad 7. & vltorius à gra. v. vsq; ad 15. Conseruatur autem per annum, vel duos ad plus.

De Genestra.

Dico, qd mabramich, alias albrain est capistrum arborum, & alio nomine dicitur genestra, & est arbor montana, super cuius stipitem eleuatur densitas fustium multæ rectitudinis; & dum plicantur, non patiuntur fracturas. vnde ligantur ex eis arbores, & procedunt flores figuræ lunaris; citrinitatis multæ, & proprie secundum semitā orobi, semina distincta sicut lentes, & in lingua latina dicitur genista, seu myrica.

Inquit Diosco. quod est calid. & sic. complexionis in secundo. Et semen eius est cal. In flore eius, & stipitibus ipsius est humiditas superflua cum virtute incisua, quare multiplicat vomitum, & sunt omnes partes incisue subtiliatia, & prouocatiua, nocet stomacho, & cordi. Dicit tamen philagrus, qd cum melle ros. tollitur eius nocumentū, & similiter cum ros. & mastiche. Semen autem eius propinandum est cum aqua mellis, anisi, ac semine feniculi, & dauci, & similia auferunt nocumentū ipsius, hos eius parum sustinet de decoctione. Semen vero plus educit phlegma cum fortitudine, & materias, quæ sunt in iuncturis, & mundificat renes ab omnibus superfluitatibus, & prouocat vrinā fortiter; & frangit lapidē in renibus, & vesica; non permittit materia figi in eis, nec densari in lapidē, & quando flores eius contriti propinantur cum melle rosato, aut cum ouo forbili resoluūt scrophulas, oxymel ex eis, aut seminibus eius resoluūt apostemata splenis, & si frequentatus fuerit cum eis vomitus, confert ischia tica, & podagra, & dolori renum. Dosis eius, & proprie florum eius est à dra. 2. ad 4. flores etiam meliores sunt recentes, & non conseruantur. Semen vero conseruatur per duos annos.

De Elleboro.

Dico, qd elleborus est herba al-fugi; & eius duæ sunt species, albus, & niger. Niger vero incolumior, & saluior est albo, immo minatur albus accidentia terroris. Niger vero acquirit reminiscentiā, & incolumitatē. Et quod ex eo magis eligitur proprie, est, cuius sapor est acutus, mordicans gustum, & habens colorem, sicut asarū, & quod est frangibile inter subtile, & crassum, & mediū inter recens, & antiquum, & mediū inter ponderosum, & leue, immo plus leue, quam ponderosum, & quod est leue carens asperitate, & melior pars totius plantæ est eius radix, & melior pars radice sunt fustes, & melior pars ipsorum est cutis eorum. Et melius tempus collectionis est ver, & æstas. Albus minoris est acuitatis, & mordicitatis, & est eius mordicitas asperans subito, & est maioris amaritudinis, quam niger; in alijs autem proprietates nigri habet, sed albus plus de antiquitate, quam niger patitur. Niger est cali. & sic. in tertio, & est subtiliatius, absterfius, & corrosiuus additionum carniū, quæ sunt in vlcerebus, & dicitur, quod quando elleborus niger nascitur apud radices arborum, sunt fructus illius solutiu. Albus autem cali. & sicus in medio tertij, & est similiter absterfius, mordificatiuus, multiplicans vomitum, & faciens sternutationem cum fortitudine. Albus corporibus oibus est molestus, immo in eis est, sicut venenū pfocans.

Nigri

Nigri autem virtus vsque ad tempora nostra tolerabilis licet adhuc sit difficilis. Inquit enim Hippocr. Molestus est elleborus eis, quorum corpora sunt sana. ars vero, & sollicitudo in rectificando, & propinando facit eius operationem incolumē. Inquit enim filius Celsus, sit in terreniabin. i. manna sicut mel, & submergitur in eo tepido ex fusticulis ellebori nigri partes conuenientes circiter horas octo, & extrahuntur ab eo, & propinatur alternatim habens virtutem ellebori, & consimile sit de melle passularum. Et quando submergitur in iure gallinarum, vel gallorum. Et sunt qui perforant radices raphani, intromittunt fustem ellebori, & postmodum auferunt, & propinant raphanum habentem virtutem ellebori; daucus autem, & piper longum, anisum petroselinum, & calamentum, & hyssopus sicca, & origanum, & haece bonificant operationem eius, bene autem commiscetur cum epithymo, & polypodio, & sale indo, & similibus. Confortant enim sese. Confectio pilularum nobilium, quas scripsit Haly, quarum iuuamentum est vltimum ad ægitudines melancholicas, & cancerum, & lepram, & morpheam nigram, & difficilem, quarum hæc est permixtio. Recip. hiera picra vnc. xij. ellebori nigri, polypodij, ana drach. v. epithymi, storchados, diagridij, ana drach. vij. agarici, lapidis lazuli, salis indi, colocynthidis, ana drach. iij. Conficiantur pilulae cum syrupo de epithymo. Dosis earum est à drachma vna, & semis, vsque ad aur. ij. & sunt sanæ, & expertæ.

Dosi.

Expellunt autem læsionem vtriusque ellebori à corpore aqua mellis, & aqua passularum, & aqua hordei, & ius gallorum, & gallinarum. Sumere autem puluerem ellebori non est tutum. elleborus albus euitandus est, quia est præfocatiuus, magis autem præsumendum super nigro, sed ambæ species conturbant, nisi rectificentur secundum artem, & legem. Et non conuenit elleborus, nisi corporibus robustis, & animosis, & proprie tempore Veris. Et datus quando, & cui cōuenit, facit acquirere incolumitatem, & mores laudabiles, & cōplexionē bonam. Hæc est enim eius proprietas, vt Hippocr. dicit. Et ipse quidem mundificat corpus totum à superfluitatibus corruptis, & educit cum facilitate cholera permixtam, crassam, & phlegma, & cholera nigram sine molestia, & mundificat sanguinem, & attrahit à venis superfluitates permixtas sanguini, & est ex rebus solennibus in mundificando cerebrum, & caput totum, & instrumenta sensuum, & neruos, ac viscera, & vesicam, ac matricem, & confert iuuamentum manifestum ægitudinibus eorum, & confert hemictanæ, & melancholie, vertigini, & epilepsia; confert paralyti, & aqua, quæ descendit ad oculos, & confert ægitudinibus iuncturarū, & duricie, & apostematibus eorum, & scrophulis, & est sicut theriaca, & est medicina ad lepram, & cancerum, & species herpetis, & borhor, & confert tinnitui auris, & sibilo, & corroboratauditum. Et confert ægitudinibus splenis, & febrib. longi temporis, & quartanæ cholerice, & melancholicæ, & ægitudinibus difficilis eradicationis, prouocat vrinam, & menstrua. Vtus autem eius colorem efficit bonum, & similiter remouet ægitudines cutis, sicut est herpetis, & baras secundum omnem modum administrationis, & fricatum cum aceto similiter remouet fedatatem cutis, & pannum. Albus vero elleborus fortiter ac laboriose, & difficulter vomere facit, cum accidentibus terroris, & mortis. Et vterque elleborus confert fistulis, & vulneribus fraudulentis. Dosis nigri est à Kirat. vi. vsque ad tertiam partem vnius drachmæ, vel vsque ad tertias duas. Conseruantur autem ambo ellebori annis duobus, si ab extrinsecis bene conseruentur. Et hæc de simplicibus solutiuis secundum Mesue dicta sufficiant.

Dosi.

De modo conseruandi omnes succos.

Dico, quod succi omnes, quos volueris conseruare, conseruantur ponendo parum olei oliuarum electi supra extremitates vasis, in quo reponuntur. Et durant per annum, & non vltra, quia in capite anni debent succi de nouo fieri, antiquiores alterius anni sunt abijcien-

di, sed succus liquiritiæ condensatur, & ideo non oportet ponere oleum supra ipsum. & succi omnes melius conseruantur in vasis vitreis, vel vitreatis.

De butyro.

Dico, q. butyrum melius est vaccinum, & debet esse sine sale, & conseruatur per medium annum, vel vsque ad annum ad plus. Similiter adeps gallinæ debet esse recens, & non antiquatus; amittit enim complexionem, & virtutem, & efficitur rancidum, & amittit temperamentum; sed si liquefiat melius conseruatur. Et adeps anatis, & anseris quanto antiquiores, tanto meliores. Et adeps porcinus melius conseruatur liquefactus, & adeps renum caprarum similiter.

Sed nota mirabile secundum aliquos, quod omnes pinguedines animalium si aspergantur cum zuccharo puluerizato longo tempore conseruantur. Dico, quod cito putrefiunt, nisi pistentur cum zuccharo, & simul in vase vitreo reseruentur.

Mirabile.

De aqua marina.

Dico, quod aqua marina ante quartum diem putrefcit, & fetet; sed si parum aquæ vitæ cum ea misceatur, conseruatur per mensem; quia aqua vitæ est bona conseruatric, quia resistit contra omnem putrefactionem.

De Melle.

Nota, q. mel habet naturam conseruandi omnia in se posita magis, quam zuccharum; & magis, quam alia res quæcunque mundi. & ideo confectiones, & electaria de melle, longiori tempore durant, quam de zuccharo.

De fructibus.

Amplius dico, quod fructus crudi in melle sepulti, vt cytonia, persica, & pyra in capite anni reperiuntur adeo pulchra, & illæsa, & quasi recentia, ac si tunc ab arbore colligerentur.

Sequitur alia doctrina secundum Mesuem.

VT igitur ordinate procedam in hac materia cōseruationis medicinarum compositarum, incipiam primo à medicinis contentis in ij. lib. Damasceni nomine Grabadin, id est compendium secretorum, & est aggregatio antidotarij, in quo facit duodecim distinctiones, vt infra patebit.

In prima distinctio. tractat de electarijs aromaticis. Quorum quædam sunt dulcia, & quædam amara, & vtraque solennia, & habet duos tractatus, quia in primo determinat de electarijs dulcibus. Pro quo sciendum est, quod illa electaria dulcia possunt conseruari per annum integrum, & vltra, præter electarium quo vtuntur Reges, & Prælati, quod non potest diu seruari, quia rancescit, sed solum per xv. dies conseruantur, vel per mensem ad plus.

In secunda parte eiusdem primæ distinct. tractat de antidotis amaris, & sunt xvij. vel xix. confectiones amaræ, & incipit theriaca diatesaron, quæ confectiones possunt conseruari vsque ad duos annos.

In secunda distinct. tractat de medicinis opiatis, & ponit sex medicinas opiatas; & incipit à confectione Philonij, & c. & possunt prædictæ medicinae opiatae conseruari vsque ad sex annos. De theriaca magna, quæ est medicina opiata, quā composuit Andromachus, si quærat quanto tempore conseruatur? Dico, q. secundum intentionem Auic. in v. lib. sui canonis, id est in antidotario suo, theriaca ipsa facta canonice, & secundum artem, conseruatur vsque ad xxx. annos, & etiam vsque ad xl. De mithridato idem dicendum est, quia conseruatur vsque ad xl. annos.

In tertia vero distinct. tractat Damascenus de medicinis solutiuis. Quatum quædam sunt aloetica, quædam colocynthidica, & quædam turbitare, quædam scamoneata, & alia sub alijs nominationibus, & incipit à hieris, & primo à hiera picra, & sunt xxiii. solutiua. Vnde dico, q. conseruatur à primo anno vsque ad duos, licet omnes hieræ possint conseruari à sex mensibus vsque ad quatuor annos, & præcipue hiera picra Gal. & hiera Archigenis, & hiera logodionis.

In

In quarta distinctione tractat de conditis, plus de fructibus, quam de radicibus, & etiam de floribus, ut sunt rosa, viola, flores boraginis, & buglossa.

Vnde notandum, q. condita, & conserua de floribus vsque ad annum conseruantur, & non vltra. Condita vero de fructibus, & radicibus vsque ad annos duos conseruantur. Nota vltius, q. conserua rosata cum melle facta, tam conseruatur, quam conserua rosata de zucharo.

In quinta distinctione tractat de speciebus lioh, & sunt quedam lioh delectabilia, & quedam horribilia, & mali saporis, & conseruantur vsque ad duos annos, licet ego credam, quod illa, quae sunt horribilia, & mali saporis longiori tempore conseruentur.

In sexta distinctione tractat de iulep, syrupis, & rob. Vnde in ista notandum est, quod de iulep debemus distinguere, quia, aut est iulep longum, aquosum, pauca coctura, & tale iulep paucis diebus conseruatur, & praecipue tempore aestatis, aut est iulep bonae cocturae, & tale conseruatur per annum.

Similiter distingue de syrupis, quia, aut sunt de zucharo, vel de melle. Si de melle, conseruantur per duos annos. Si de zucharo vix conseruantur per annum, nisi fuerint optimae cocturae, & bene restricti.

Et si queratur quomodo clarificabuntur syrupi, & iulep sine albumine ouorum, ita quod sint clarissimi, & aurei coloris? Dico, q. dum coquitur iulep, vel syrupus, si ponatur intus in vale drach. j. s. succi granatorum acetosorum in fine decoctionis mirabiliter clarificat, & idem facit parum vini boni electi, quando vinum granatorum non haberetur.

Rob etiam per annum conseruatur, & etiam vsque ad duos secundum aliquos.

Miua cytoniorum simplex conseruatur vsque ad annum, & forte vsque ad duos. Sed miua aromatica vsque ad tres optime conseruatur propter aromata, & praecipue si fuerit bonae cocturae.

In septima distinctione tractat de conditionibus, & de modo faciendi aquam fructuum, & de modo infusionis aquae casei. Vnde notandum est, quod decoctiones omnes per tres, vel quatuor dies conseruantur, & similiter aqua fructuum, & maxime in aestate. Et inter omnes infusio facta in aqua casei minus conseruatur, quia vix per vnum, aut per duos dies conseruatur, & ponit tredecim modos infusionum.

In octaua distinctione tractat de trochiscis, & incipit a confectione galliae musch. & ponit xxx. species trochiscorum, & conseruatur vsque ad vi. menses. Sed trochisci stellae vsque ad duos annos conseruantur.

In nona distinctione tractat de suffus, & pulueribus, & ponit ex eis vij. species, quae conseruantur cum virtute vsque ad duos menses, licet secundum opinionem aliquorum possint conseruari vsque ad sex menses. Sed ego non adhaereo huic opinioni, quia in spacio sex mensium virtutes puluerum resoluuntur, & efficiuntur debiles. quare, &c.

In decima distinct. tractat de pilulis, & ponit xlv. species pilularum, & incipit a pilulis alephanginis. Vnde notandum, q. pilulae omnes conseruantur cum bona earum virtute, & operatione vsque ad sex menses, & debent teneri in magdaleonibus, & non in pulvere, quia non conseruantur, immo nullam, aut remissam faciunt operationem. Et non debent conseruari in loco excessiue calido, nec prope ignem, neque ad Solem, quia in excessiuam duritiem, & lapideitatem conuerterentur. Et tunc nullo modo debent medici eas exhibere, quia si darent eas, torquerent corpus, & nullam penitus operationem efficerent.

Nota vltius, quod pilulae alephanginae non possunt confici nisi semel in anno s. in diebus aestatis de mense Iunij, vel Iulij, & sic ista tantum species pilularum per annum conseruatur.

In vndecima distinctione tractat de vnguentis, emplastris, & ceteris, & incipit (hyslopi ceratum) & ponit lxij. species, omnibus computatis, & conseruantur, vt plurimum vsque ad annum.

In xij. distinct. tractat de oleis, in qua distinct. ponit lxvj. species oleorum. Vnde si queratur de oleis quanto tempore conseruantur? Dico, quod distinguendum est de oleis, quia, aut sunt frigida, aut temperata, vel calida in primo, aut sunt calida in secundo, vel tertio, vel quarto gradu. De oleis itaque frigidis, vt est oleum ros. & praecipue factum ex oleo omphacino, & rosis incompletis, & similiter oleum violatum, & oleum ros. factum ex oleo oliuarum maturarum, & rosis completis, & oleum de maderagora, & oleum de papauere, & oleum de myrto, & oleum cytoniorum, & consimilia durant per annum, & quolibet anno renouantur; quia transacto anno rancefcunt, & efficiuntur non habentia virtutem facientem ad intentionem medici. Olea vero temperata, vt oleum amygdalarum, & oleum de sesamo non conseruantur, nisi per mensem, quia subito rancefcunt. Olea vero calida in primo, vt oleum chamaemelinum, oleum de Keyri, & oleum liliorum alborum, conseruantur per annum, & non vltra. Alia vero calida, vt oleum de anetho, de spica, oleum de ireos, oleum de croco, & de pyrethro, oleum de piperibus, oleum de castoreo, oleum de euphorbio, & reliqua talia, per duos, aut per tres annos conseruantur, & secundum aliquos quanto antiquiora, tanto meliora. Et haec de conseruatione medicinarum compositarum secundum distinctiones Mesue dicta sufficiant. Nota tamē, quod quilibet expertus aromatarius debet scribere super vasa electariarum opiatorum, & etiam super vase medicinarum solutiuarum tempus, in quo composita fuerint ab eo, vt medicus sciat ab eo aetatem illorum in verustate, & recentia, & praecipue in medicinis opiatas, propter periculum exhibitionis earum.

Alia doctrina secundum Serapionem.

Circa praedictam materiam, ego describam aliqua, & non omnia secundum Serap. in antidota. breuiarij sui, cap. xxxiij. de medicinis compositis, quantum remaneat operatio earum. Et primo de theriaca, dicit, quod remaneat ex sex mensibus, vsque ad triginta annos.

Theriaca Esdrae conseruantur vsque ad annos duos.

Theriaca regis, & hedrummeron, & de scilla vsque ad duos annos conseruantur.

Sagenea, & philonium conseruantur vsque ad an. iij. Et Gal. de medicina philonij dicit, quod quandoque datur post duos annos, aut iij. aut iij. vsque ad x. annos, & post illud non valet, quia minuitur odor eius, & fit insipidum, & debilitatur opus eius.

Diacurcuma vsque ad annum conseruatur, vel vsque ad annum cum dimidio ad plus.

Amorussia conseruatur vsque ad duos annos.

Confectio de muscho vsque ad annum vnum.

Medicamea diahirundinis conseruatur a sex mensibus vsque ad tres annos. Et similiter reliquae confectiones, quae prouocant vrinam conseruantur vsque ad tres annos.

Sanguis hirci exiccatus, vel alius sanguis exiccatus, conseruatur a duobus mensibus vsque ad tres annos.

Athanasia, a sex mensibus, vsque ad septem annos.

Duae descriptiones theodorici, & hiera Logo. & hiera Archigenis, & hiera Gal. conseruantur a sex mensibus vsque ad quatuor annos.

Suffus, id est pulueres, conseruantur a duobus mensibus, & tunc operatio eorum est fortis, vsque ad sex menses, & tunc est eorum operatio debilis.

Trochisci reliqui sunt ad febres, ex die suo faciunt operationem fortem vsque ad sex menses.

Olea alia operantur donec rancida fiant, cum ergo incipiunt rancida fieri, non conueniunt ad aliquid.

Oleum vero balsami quanto plus antiquius, tanto melius, & fit eius operatio fortior.

Emplastra, & vnguenta omnia conseruantur a die sua vsque ad annum.

Syrupi omnes conseruantur ex hora sua vsque ad duos

LIBER SALADINI.

duos annos. Et Gal. quidem dicit, quod remanet apud Eum rob cytoniorum septem annis præterquam mutaretur virtus, & color eius, neque gustus ipsius. Et hæc de conseruatione medicinarum compositarum secundum sententiam Serapionis, vbi supra dicta sufficiant.

Sequitur alia doctrina secundum Nicolaum.

Consequenter intendo ponere intentionem Nicolai in conseruando quædam medicamina, & electaria sua, atque confectiones, quas in suo antidotario paruo descripsit, procedendo secundum ordinem alphabeti, quanto tempore conseruari valeant ab aromatarijs. Ex primo dicam de aurea alexandrina.

Aurea igitur alexandrina conseruari potest in sua efficacia, & virtute, annis quinque.

Adrianum, annis septem.

Athanasia, annis tribus.

Blanda conseruatur annis duobus.

Benedicta, annis tribus.

Diamargariton, annis duobus, vel tribus.

Diaprasium, annis duobus.

Diazingiber, per annum vnum.

Diacytonite, per annum vnum.

Diacyminum, per annos duos.

Diacalamentum, per annum vnum.

Diarhodon, per annum vnum.

Diataryion, per annum vnum.

Diaris, per annum vnum.

Diaolybanum, per annos tres.

Diacoston, per annum vnum.

Diasena, per annos duos.

Diatragacanthum, per annum vnum.

Diacodion, per annos tres.

Esdra, per septem annos melior iudicatur.

Electarium plitis arcoticon, per annos duos.

Electarium frigidum, per annos quinque.

Electarium ducis, per annos tres.

Electarium de succo rosarum, per annos duos.

Emplastrum ceroneum, per quinque annos.

Philanthropos, per annos tres.

Hiera logodion conseruatur, per annos duos.

Hiera piera, per annos duos.

Hiera Rufini, per annum vnum.

Hiera abbatis secundum Nicolaum, per annos duos.

Iustinum, per annos duos.

Mithridatum, per annos decem.

Musa aenea, per annos septem.

Opoppyra, per annos sex.

Oxylaxatium, per annos quinque.

Oxymel, per annos duos.

Potio sancti Pauli per annos duos.

Paulinum, per annos tres.

Piera, per annos duos.

Pilula aurea, per annum vnum.

Pilula de quinque generibus myroba, per annum vnum.

Pilula de castoreo, per annos duos.

Pilula vero cetera, non ultra sex menses.

Rosara nouella, conseruari potest per annum vnum.

Rubea trochisca, per annos quinque.

Rhodmel, per annos tres.

Sromachicon, conseruatur per annum vnum.

Theriaca magna, per annos triginta.

Tryphera magna, per annos tres.

Tryphera faracenica, per annum vnum.

Triasandali, per annum vnum.

Theodoricon, per annos duos.

Vomitus Patriarchæ, per annos duos.

Vnguentum aragon, per annum vnum.

Vnguentum martiaton, per annos tres.

Vnguentum aureum, per annos tres.

Vnguentum dialthæa, per annos tres.

Vnguentum Agrippæ, per annos tres.

Nora, quod semper (vt etiam supradixi) quilibet peri-

tus, & fidelis aromatarius in vasis suis debet facere supraprescriptionem anni, mensis, ac diei, in quo conficitur (yru)pos, pilulas, confectiones, electaria, & præcipue opiatæ, quæ non sunt ante sextum mensem, vel ante annum exhibenda, vt sciat medicus tempus præcise, in quo factæ fuerint ipsæ medicinæ, vt congrue cum bona conscientia, ac etiam sine periculo sciat eas exhibere, cum fuerit opportunum. Et hæc de conseruatione medicinarum compositarum Nicolai dicta sufficiant.

De electione loci conuenientis medicinarum conseruandarum.

ET repositio rerum humidarum, sicut sunt succi, & gumma liquidæ, confectiones, & electaria liquida, & similia, oportet esse in vasis crassis de vitro, vel terra vitreata, vel de argento, vel cornu, & similibus.

Sed medicinæ molles, quæ sunt conuenientes medicinis oculi, debent reponi in vasis æneis.

Sed vnguenta, in quæ ingreditur pix, alchitran, & acetum, oportet quod reponas in vasis.

Et pinguedines, & cerebella. Et omne pingue oportet reponi in vasis factis ex stanno.

Et omne, quod est ex pulueribus, sicut puluis hieræ pictæ, oportet reponi in vase terreo, stricti orificij, & opilatur os eius cum cera, ne resoluitur, & minuatur virtus earum.

Et oportet, quod reponatur rob, siue sint vuarum, siue sint cytoniorum, siue malorum, aut myrti, & similia, in vase terreo nouo, quia terra trahit ad se humiditatem, quæ est in eis, & magis præseruantur à destructione.

Et olea debent reponi in vasis vitreis, & os vasorum debet stringi, ne destruantur, & forteant.

Et oportet omnes species aromaticas ad aromatizandum in vasis aureis, vel argenteis deauratis, aut in vasis de porcellionibus, aut ex vitro conseruari.

Et omne acetosum, quod debet seruari oportet reponi in vase linito cera, vel pice.

Et oportet reponi in vase vitreo omne vinum quod habet substantiam, quæ est signum super durabilitatem eius, & super prohibitionem suæ corruptionis. Et omne vinum cuius substantia est inæqualis, signum est super corruptionem eius facilem, & quod non diu possit seruari in vase terreo, vt terra exiceat humiditatem eius superfluam, quæ est causa suæ corruptionis.

Theriaca vero melius conseruatur in vase aureo, vel plumbeo, aut stanneo.

Et sic est finis huius sextæ particulæ, ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

SEPTIMA, ET VLTIMA PARTICULA de omnibus rebus necessarijs in qualibet aromataria.

Vltimo pro complemẽto huius utilissimi tractatus, volo ponere compendiosum tractatum, siue capitulum de rebus necessarijs in qualibet aromataria, vel apotheca, debito modo ordinanda, & sigillatim secundum diuersos doctores. Et dicam de herbis vsualibus, floribus, & radicibus, aquis destillatis, fructibus, succis, liquoribus, oleis, medicinis compositis, vt pilulis, & electarijs, & alijs confectionibus.

In primis igitur, vt supra dixi, debet quilibet aromatarius locum aptum eligere, in quo faciat apothecam aptissimam ad res medicinales conseruandas, ita quod sit à ventis, & sole, ac imbris defensa, & quod non sit humida, nec fumosa, aut puluerulenta, quia omnia prædicta habent tam simplices, quam compositas corrumpere.

DE